



Franz Volkmar Fritzsche


De Lenaeis Atheniensium Festo

**Commentatio Prima : Sacra Resurrectionis Jesu Christi A D. XXVI. M. Martii A.
MDCCCXXXVII. Pie Celebranda Indicit**


Rostochii: Literis Adlerianis, [1837]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1015769535>

Band (Druck) Freier  Zugang  OCR-Volltext



V. p. — 395 (13.)
V. p. — 395 (13.)





ACC

**SACRA RESURRECTIONIS
JESU CHRISTI**


A D. XXVI. M. MARTII A. MDCCCXXXVII

26


PIE CELEBRANDA

INDICIT

**FRANCISCUS VOLCMARUS FRITZSCHE,
ACADEMIAE H. T. HECTOR.**



IN EST
**DE LENAËIS ATHENIENSIIUM FESTO
COMMENTATIO PRIMA.**



**ROSTOCHII
LITERIS ADLERIANIS.**

SACRA RESURRECTIONIS
JESU CHRISTI

A. D. MDCCLXXVII. MARTII A. MDCCCLXXVII.

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER
FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

INDICIT

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

FRANCISCO VOLKMANNO KUNTSCHNER

IN EST

DE LENAIS ATHENIENSISUM TESTO

COMMENTATIO PRIMA.

HOSTONIA

LITTEIS AD LENAIS

SACRA RESURRECTIONE

IN HOC MENSE

CALENDARII

PIIS. MANIBUS.
FRIEDERICI.
FRANCISCI.
PRINCIPIS. DUM.
FUIT. OPTIMI.
NUNC. AUTEM. DE
SIDERATISSIMI.
CAL. FEBR. ANNI.
MDCCXXXVII.
PLACIDA. MORTE.
DEFUNCTI.
CONSECRAVIT.

SCRIPTOR.

MULTIS. ILLE. BONIS.
FLEBILIS. OCCIDIT.

PLIS. MANIBUS.
FRIBERIGI.
FRANCISCI.
PRINCIPIS. DUM.
FUIT. OPTIMI.
NUNC. AUTEM. DE.
SIDERATISSIMI.
CAL. FEBR. ANNI.
MDCCXXVII.
PLACIDA. MORTE.
DEFUNCTI.
CONSERVAVIT.
SCRIPTOR.
MUTIS. ILL. BONIS.
FERRIS. OCCIDIT.

Qui diu multumque invitatus nuper Rostochium venit, neque solum auctoritate sua, verum etiam incredibili quadam humanitate ora hominum vultusque in se convertit, ut omnes perspicerent, tantum virum a superbia, fastu, contemtionem aliorum, caeteris denique ineptiis longe remotum esse, G. Hermannus ante hos XX annos de Lenaeis Atheniensium ita disputavit, ut brevissima oratione reliquos Lenaeorum interpretes multum superaret. Nunc vero quum triste exempli sui desiderium in animo nostro Hermannus reliquerit, quumque intermissam paucorum dierum consuetudinem alia re nulla, nisi communium literarum studio consolari nobis liceat, commoda occasione utemur atque quaestionem de Lenaeis praeclare ab Hermanno inchoatam profligare et aliquando ad exitum adducere conabimur. Constat autem, ruralia Dionysia Posideone mense, Anthesterione Anthesteria, Elaphebolione autem urbica sive magna Dionysia ab Atticis agitata esse; nec dubitari potest, quin Lenaea in Dionysi honorem Athenis iisdem celebrata sint. At vero in quemnam mensem Lenaea inciderint, quove nexu cum reliquis Dionysiis copulata esse videantur, controversia est pervetus et ab doctissimis hominibus varie jactata. Et quoniam magna Liberalia certissime a Lenaeis differunt, quippe quae illis palam a scriptoribus graecis opponi soleant, omnino quattuor sententiae mente cogitationeque informari possunt: necesse est enim, Lenaea aut a ruralibus Dionysiis nomine tantum distare, aut nihil discrepare ab Anthesteriis, aut singulare quoddam festum fuisse et ab utrisque pariter disjunctum, aut temporibus diversis modo ad Anthesteria, modo ad agrestia Dionysia relata esse. Ac primum quidem eorum sententia, qui Lenaea inter et ruralia Dionysia nihil differre statuerunt, quum et tempore caeteris antiquior sit, et innumerabiles paene habeat auctores, et a summis quibusque viris sine ulla dubitatione comprobata sit, praejudicio ipso apud nos plurimum



valere debet. Omnium fortasse princeps J. Scaliger, ¹⁾ vir immortalis, ita judicavit, quem J. Casaubonus, ²⁾ S. Petitus, ³⁾ J. Palmerius, ⁴⁾ D. Heinsius, ⁵⁾ Th. Stanlejus, ⁵⁾ L. Kusterus, ⁵⁾ E. Spanhemius, ⁶⁾ C. A. Odericius, ⁷⁾ P. F. Kanngiesser, ⁸⁾ G. Hermannus ⁹⁾ aliique plurimi sequuntur. In quo docti homines, credo, omnes acquievisserunt, nec quisquam ad hunc diem temere et inconsulto refutare Scaligerum ausus esset, nisi duo clarissimi viri antiqua opinione rejecta dubitare vulgus eruditorum cogerent, aliosque multos, ut fit, in suas partes auctoritate ipsa pertraherent. Nam quum in omnibus literis grex indoctus eam in partem, quae tutior est, peccare soleat, tum maxime in antiquitatibus philologorum vulgus magni viri conjecturas, ne exploratas quidem pro certis affirmat, mirifice extollit, longe lateque disseminat. Primum, ut

¹⁾ De Emendat. Temporum p. 29 ed. Col. Allobr.

²⁾ De Poës. Satyr. I, 5. ad Athen. V, 218, d. (T. III. p. 241 Schw.), ad Theophrast. Char. 3.

³⁾ Legg. Att. p. 42. cf. p. 44.

⁴⁾ Exercitatt. p. 617 — 619.

⁵⁾ ad Hesychium s. *Λιονύσια* T. I. p. 1001 ed. Alb.

⁶⁾ ad Argument. Ranarum p. 297. 298 ed. Kuster.

⁷⁾ in l. De marmorea didascalia in urbe reperta et in Epistola ad Marinium, cujus vide l. Iscrizioni Albane p. 161 sqq.

⁸⁾ in l. Die alte komische Bühne in Athen. (Breslau 1817) p. 205 — 336.

⁹⁾ in censura libri Kanngiesseriani, Diarr. Lipsiens. anni 1817. Nr. 59. 60. Longum est, qui hanc sententiam professi sunt, omnes enumerare; sunt enim innumerabiles quidam. Ex his Taylorus ad Demosth. Midian. p. 517 Reisk. nimis ingenue: Cum tria, inquit, ab Atheniensibus celebrarentur Liberalia, scilicet 1) τὰ ἐν ἄγροϊς vel τὰ Ἀθηναῖα, mense Posideone, 2) τὰ ἐν ἄστει, quae Elaphebolione, et 3) denique magna (?) et antiqua, quae et Ἀνθεστηρία et ἐπὶ Αἰμυαῖς (?), mense Anthesterione, (quorum de numero, distinctione et celebritate minima est hodie aut potius nulla apud doctos controversia) —. Ita ille quidem vere prorsus ac simpliciter. Illa enim aetate non de certis rebus exploratisque, sed de dubiis tantum et vehementer ambiguis disputatum est.



opinor, Seldenus ¹⁰⁾ omnia temere confundens Lenaea quidquam ab Anthesteriis differre negavit, ceterum id uni persuasit Corsinio. ¹¹⁾ Ecce autem postea Ruhnkenius, ¹²⁾ magnus sine dubio vir, idem denuo comminiscitur, itaque defendit, ut malam causam facile agnoscas; optare enim mavult, quam docere, postremo nihil clare dilucideque explicat, quo vitio alias minime tenetur Ruhnkenius. Nihilo minus tamen conjectura ejus a multis praedicatur, ut a Barthelemyo, ¹³⁾ Wyttenbachio, ¹⁴⁾ Spaldingio, ¹⁵⁾ Boeckhio, ¹⁶⁾ Clintono. ¹⁷⁾ Obsolevisse tum quidem opinionem diceres pristinam, et unum Ruhnkenium aliquamdiu summis laudibus efferi videres. Age porro idem Boeckhius, ¹⁸⁾ novae auctor doctrinae tradit planeque confirmat, Lenaeonem mensem respondere Garmelioni, nec quidquam aut cum Posideone aut Anthesterione habere rationis, denique Lenaea peculiare quoddam festum fuisse, atque id Garmelione Athenis celebratum. Ergo igitur Ruhnkenii laus subito omnis emortua est, nova jam et quasi mustea Boeckhii ¹⁹⁾ conjectura ab omni-

¹⁰⁾ ad marmora Oxoniensia p. 166 — 169. ed. secundae.

¹¹⁾ Fast. Att. T. II. p. 325 sqq.

¹²⁾ in Auctar. ad Hesychium T. II. ad p. 999, 10.

¹³⁾ in commentt. Acad. Inscript. T. XXXIX, p. 133 sqq.

¹⁴⁾ in Bibliotheca Critica T. II. P. III. p. 41 sqq.

¹⁵⁾ in praefat. ad Demosth. Midian. p. XIII sqq. et in commentat. de Dionysiis Atheniensium festo, quam conferre non potui. Tu vide *Abh. der hist. philol. Klasse der K. Pr. Acad. d. Wissensch.* 1804 — 1811. p. 70 sqq.

¹⁶⁾ de graecae tragoediae principibus etc. Cap. XVI, p. 204 — 209.

¹⁷⁾ Fasti Hellen. p. 345 ed. Krueger. Ceterum eis, qui conjecturam Ruhnkenii temere probarunt, adjice, ut alios quosdam omittamus, Brunckium ad Aristoph. Ran. v. 216 (218 Kust.) et Schneiderum in Lexico s. *Ἀγναϊός* ed. Itae.

¹⁸⁾ Vom Unterschiede der Attischen Lenäen, Anthesterien und ländlichen Dionysien. *Abh. der histor. philol. Klasse der K. Pr. Acad. d. Wissensch.* 1816 — 1817. p. 47 — 124.

¹⁹⁾ Jure enim Boeckhius hanc sibi opinionem soli vindicare potest. Hoc idem jam antea posuerat Hermannus Kanngiesseri censor, non quo id probaret (nihil enim minus verum existimat, et recte), sed quia notio ipsa cogitandi legibus non dissentanea est. Repugnat verbi causa, Lenaea Dionysiis tribuere urbanis,



bus probari solet, veluti ab Idelero, ²⁰⁾ Buttmano, ²¹⁾ G. Dindorfio, ²²⁾ Hanovio, ²³⁾ Passovio, ²⁴⁾ Kruegero, ²⁵⁾ Boeckhius ipse in oculis plane et sinu gestatur. Nunc, quando etiam de memet ipso nonnihil praefandum est, ab errato quodam meo exordiar; errores enim suos sapienter corrigere omninoque uni studere veritati, id est literas profiteri. Etenim aliquando putabam, Lenaea primis temporibus cum Anthesteriis, antiquo, ut male arbitrabar, vindemiae festo, convenisse, deinceps autem necessario plane, ut fastis Atheniensium valde turbatis, in Posideonem ex Anthesterione translata esse. At quum Lenaea omni tempore prorsus ab Anthesteriis segregata fuerint, id quod infra ostendam, conjectura ista sponte concidat necesse est. Postea autem intellexi, Lenaea ipso ruralium Dionysiorum tempore in urbe acta esse, cum iisque omnibus maximis et minimis partibus concinuisse. Quae res quum plurimis modis demonstrari et extra omnem poni controversiam queat, longam vero orationem loci hujus ac temporis mei non capiant angustiae: nunc quidem satis habeo, gravissima quaeque argumenta in medium adferre, mox uberiolem pleniolemque libellum de tanta causa scripturus. Inter omnes constat, vocem τὰ Ἀήνια a verbo ὁ ληνὸς ductam h. e. a vase torculario, in quo uvae calcantur, festum significare vindemiae, neque id

ut quae festa crebro inter se opponantur; nihil vero repugnat, Lenaea singulare quoddam festum fingere. Neque Seldenus inventi laudem Boeckhio praereptam voluit, quum audacter, nec falso tamen ita scriberet l. l. p. 169. *Quis unquam sive Lenaea sive Dionysiorum alia ulla Gamelioni antea tribuit?*

²⁰⁾ in libro egregio: *Handbuch der m. u. t. Chronologie* p. 417.


²¹⁾ ad Demosth. Or. in Midiam, Excursu I.

²²⁾ in Commentarr. ad Aristophanem Vol. V. p. 13 adnot.

²³⁾ in Exercitatt. Crit. p. 82, qui dicit Lenaea intra priores duas Gamelionis partes obita esse.

²⁴⁾ in Lexico Graeco ed. II. sub *ληναῖος*, ubi dolet Passovius, auream Boeckhii dissertationem sero ad se perlatam esse.


²⁵⁾ ad Clintoni Fast. Hellen. p. 345 adnot. n., aliisque locis operis praestantissimi. Ego vero Idelerum atque Kruegerum, viros in hoc literarum genere praestantes, Boeckhio V. Cl. adsentiri miror.



ruri aut in pagis, sed Athenis ipsis celebratum. Eodemque pertinet Bacchi nomen *Ἀθηναῖος*, quod bene enucleavit Diodorus Siculus IV, 5. *Βάκχιον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν συνεπομένων βακχῶν ὀνομάσαι, Ἀθηναῖον δὲ ἀπὸ τοῦ πατήσαι τὰς σταφυλὰς ἐν ληνῶ, Βρόμιον δὲ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ γενομένου βρόμου* —. Jam vero fingamus, de tempore Lenaeorum nihil quidquam memoriae proditum esse; quid est evidentius, quam Lenaea, vindemiae festum, alio tempore nullo nisi vindemiae agi atque committi potuisse? Vindemiae autem, ut optime docuit Kanngiesserus l. l. p. 225 seqq., Posideone demum mense in Attica terra collectae sunt. Praeterea clarum atque perspicuum est, ruralia Dionysia (*τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια*) ipsa quoque vindemiae festum declarare, atque id mense eodem Posideone ruri, non in urbe agitatum. Quis igitur punctum temporis dubitabit, quin Lenaea primum in Posideonem mensem conferri debeant, deinde vero a ruralibus Dionysiis non tempore, sed loco tantum disjuncta fuerint, quum ruralia sacra in variis Atticae pagis, Lenaea contra in ipsa urbe haberentur? Si primus quisque vinitor hoc solum accepisset, Lenaea festum vindemiae apud Athenienses fuisse, ac si postea interrogatus esset, quonam tempore Lenaea incidisse putaret, valde, credo, miraretur, responderetque Lenaea tempestate vindemiae Octobri circiter mense sive Novembri haud dubie sibi acta videri. Quum vero idem audivisset, a doctissimis viris ducentos amplius annos non de mense, sed de anni tempore Lenaeorum acerrime disputari, atque adeo fuisse, qui Lenaea hieme aut media (id est enim Gamelione) aut extrema (Anthesterione mense) agi solita esse dicerent: graviter homo rusticus hanc iudicii perversitatem refutaret, nosque moneret, ut desineremus nugari, utique ex umbra in solem ac pulverem progressi natura duce atque magistra aliquando sapere disceremus. Quid est enim aliud, Lenaea ex Posideone sive in Gamelionem, sive adeo in Anthesterionem traducere, nisi naturae ipsi repugnare? At vero Lenaea Posideone agitata esse neque a ruralibus Dionysiis ullo modo discrepasse, locupletissimi testes prodiderunt. Quo magis admirandum est, non dicam tot tantosque viros, sed hominem indoctum



nescio quem exstitisse, qui Lenaea in Posideone reponenda esse negaret, vindemiamque vel media hieme vel extrema fieri praeter naturae ordinem juberet. Namque ut eos testes vel contemnere solemus vel irridere, qui miras res, incredibiles, contrarias denique excogitarunt, sic eos sine controversia duces sequi debemus, qui probabilia, bene cohaerentia et prope necessaria suo testimonio confirmant. Atqui nihil profecto magis naturae conveniens est, quam vindemiam fieri ultimo autumno. Incipiamus autem ab Apollodoro Stephani Byzantii ita scribentis, *Ἀθηναῖος, ἀγῶν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Ἀπολλόδορος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. καὶ Ἀθηναῖος καὶ Ἀθηναίους. Ἔστι δὲ καὶ δῆμος.* Stephanus, qui pagum maxime Atticae Lenaeum consignare ex Apollodoro voluit, *Ἀθηναίους ἀγῶν* eodem modo, quo *Ἀθηναῖος* et *Ἀθηναῖος ἀγῶν* graece dici existimabat. Sed optime Boeckhius l. 1. p. 65. observavit, *Ἀθηναίους* potius popularem illius pagi designare videri. Quare rectius fortasse Stephanus dixisset ad extremum, — *καὶ Ἀθηναῖος, [καὶ Ἀθηναίτης.] ἔστι δὲ καὶ δῆμος. ὁ δημότης, Ἀθηναίους.* Certe alias loquitur simili modo. Tametsi haud scio, an *Ἀθηναίους* etiam pro cognomine Bacchi, qui alias dicitur *Ἀθηναῖος*, jure optimo haberi queat. Sed quidquid est hujus rei, et Apollodorus et qui hunc sequitur Stephanus Lenaea manifesto pro ruralibus Dionysiis habuerunt. Dicunt enim, Lenaea ruri celebrata esse in honorem Bacchi; atqui ruralia Dionysia item in Bacchi honorem ruri celebrata sunt. Scilicet a ruralibus Dionysiis Lenaea ita demum discernere liceret, si alio tempore alia Dionysia ruralia exstitissent; nos vero unum tantummodo hujusmodi festum scimus, ipsa Dionysia ruralia. Tanto gravior autem in hac potissimum re apud omnes Apollodori esse auctoritas debet, quod is de variis Dionysi festis longe plenius, quam alii, diligentiusque exposuit. Quare non tantum Stephanus, verum etiam Harpocratio in *Χόες*, scholiastes ad Acharn. 925 (960) aliique Apollodorum maxime duces sequuntur. Videamus nunc praeclara quaedam scholia ad Acharnenses, quae vel sola hanc litem dirimere poterunt. Principio ad v. 202. *ἄξω τὰ κατ' ἀγροῦς εἰδῶν Διονύσια.* haec leguntur, *τὰ Ἀθηναία λεγόμενα.*



ἐνθεν τὰ Ἀθηναία καὶ ὁ ἐπιλήναιος ἄγων τελεῖται τῷ Διονύσῳ. Ἀθηναίων γὰρ ἔστιν ἐν ἀγροῖς ἱερὸν τοῦ Διονύσου, διὰ τὸ πλεκτοῦς (intell. ληνοῦς) ἐνταῦθα γεγονέναι, ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ληνὸν (ita Kusterus tacito; Aldina Juntinaque Ἀθηναίων) τεθῆναι. Μένανδρος, τραγωδὸς ἦν ἄγων Διονύσια. Scholium est antiquum et optimae frugis. „Ruralia Dionysia, inquit, ea sunt, quae Lenaea dicuntur. Idcirco Lenaea et Lenaeorum certamina Baccho consecrata sunt. Ruri est enim Lenaeum, templum Bacchi ideo exstructum, vel quod illic potissimum torcularia vasa conficerentur, vel quia omnium primum illo in loco torcular positum esset.“ Adhuc sana sunt omnia, siquidem Ruhnkenii conjectura ὁ ἐπὶ Ἀθηναίῳ ἄγων haudquaquam opus est. Sed cur tandem scholiastes reprehenditur? Quia dixerit tantummodo, Lenaeum Bacchi templum ruri fuisse, loci vero ipsius nomen pagive haud adjecerit. Primum grammatici Alexandrini, doctissimi viri, scholia et hypomnemata scribebant, non longos commentarios; deinde, quando juvat curiosum esse, equidem grammatici nomine respondeo, templum illud eo in pago Atticae fuisse, quem modo vidimus nomine dici Lenaicum. Hoc adjecisset forsitan Alexandrinus, nisi rem putasset per se satis manifestam. Multo minus autem prima verba τὰ Ἀθηναία λεγόμενα peculiare quoddam scholium efficiunt. Immo hoc vult grammaticus: „ruralia Dionysia nominantur Lenaea. Idcirco Lenaea (nempe quod ad *Dionysia* referuntur) Baccho dicata sunt.“ Sed depravatus est versus Menandri, qui nunc a scholiastae proposito valde abhorret, ne dicam, τραγωδὸς — ἄγων minime graecam orationem esse. Ego, invito licet Meinekio p. 275., senarium ita restituam, τραγωδὸς ἦν, ἄγων κατ' ἀγροῦς Διονύσια. Dictionem ἄγειν Διονύσια (ut μυστήρια ἄγειν Ran. 159. et similia) ex ipso Menandro ita reddidit Terentius Heaut. IV, 4, 11. *Dionysia agit*. Venio nunc ad aliud scholium, v. 586 (577.) quod omnis generis doctrina redundat, et Didymi alicujus eruditione dignissimum est. Non exscribam, quae de tempore festoque Babyloniorum, de argumento hujus fabulae et Comici audacia, de ira atque vindicta Cleonis, qui litem Aristophani intendit, de tempore Acharnensium eximie dicta sunt, in



quibus nullam unam literam scito esse commentitiam. Ceterum in media disputatione haec inveniuntur, εἶπε γὰρ δράμα τοὺς Βαβυλωνίους τῇ τῶν Διονυσίων ἑορτῇ, ἣτις ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι. — τὰ δὲ Ἀθηναία ἐν τῷ μειπῶρφ ἤγετο, ἐν οἷς οὐ παρῆσαν οἱ ξένοι. — Hic igitur grammaticus vernis Dionysiis sic opponit Lenaea, ut haec claris verbis extremo auctumno celebrata esse dicat, hoc est Posideone, quo ipso mense ruralia Dionysia agebantur. Nimirum etiam ita loqui ille poterat sententia eadem, τὰ δὲ Ἀθηναία ἦν τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια καὶ ἐν τῷ μειπῶρφ ἤγετο. Restant egregia scholia ad v. 509 (505) αὐτοὶ γὰρ ἔσμεν, οὐπὶ Ἀθηναίῳ τ' ἀγῶν: οἷον μόνοι Ἀθηναῖοι χωρὶς (ita Kusterus pro χάριν) τῶν συμμάχων καὶ ξένων. χειμῶνος γὰρ λοιπὸν ²⁶) ὄντος εἰς τὰ Ἀθηναία καθῆκε τὸ δράμα. εἰς δὲ τὰ Διονύσια ἐτέτακτο Ἀθήναζε κομίζειν τὰς πόλεις τοὺς φόρους, ὡς Εὐπόλις φησιν ἐν Πόλεσιν. Tum alius grammaticus pergit simillima ratione, οὐπὶ Ἀθηναίῳ τ' ἀγῶν: ὁ τῶν Διονυσίων ἀγῶν ἐτελεῖτο δις τοῦ ἔτους, τὸ μὲν πρῶτον ἔαρος ἐν ἄστει, ὅτε οἱ φόροι Ἀθήνησιν (recte habet Ἀθήνησι paullo post, hic autem scribendum Ἀθήναζε cum Kustero) ἐφέροντο, τὸ δεύτερον (non opus τὸ δὲ δεύτερον reponere) ἐν ἀγροῖς, ὁ ἐπὶ Ἀθηναίῳ λεγόμενος, ὅτε ξένοι οὐ παρῆσαν Ἀθήνησι. χειμῶν γὰρ λοιπὸν ²⁶) ἦν.

26) Ne quis meros loquatur barbarismos, tenendum est, λοιπὸν cadente jam Graecitate multis in locis proxime sive paullo post valere, ubi interpretes parum commode jam vel postea vertere solent. Quamobrem verba χειμῶνος γὰρ λοιπὸν ὄντος significant, quum hiems proxime immineret. Marcellinus Vit. Thucyd. init. p. 311 ed. Poppon. Τῶν Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων τε καὶ ἀγῶνων, συμβουλευτικῶν τε καὶ διανοικῶν νοημάτων μεστοὺς γενομένους καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελειῶν ἐντὸς καταστῆναι. Scholl. ad Acharn. v. 254 (265) ἔκτον γὰρ ἦν λοιπὸν ἔτος, ἀφ' οὗ —. Alcipliro Epp. I, 21. — σιτεῖται μὲν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἄπαξ, καὶ τοῦτο τῆς ὥρας ἡλίου λοιπὸν ἀμφὶ δύσιν ἔχοντος. Hic aptissime contulit Ste. Bergler Heliodorum Aethiop. VI. sub init. λοιπὸν καὶ ὄρθρου ὑποφαίνοντος. De quo usu parum distincte, uti solet, Dorvillius exposuit ad Chariton. p. 390; verba



Nemo dixerit, hos duo grammaticos aut plane indoctos fuisse, aut ab ipso Aristophanis loco totos pendere. Verissime enim observant, Lenaeis Acharnenses, Babylonios autem Dionysiis editas esse, quod utrumque aliorum auctoritate testium plane confirmatur; recte contendunt, Dionysiis non Lenaeis tributa Athenas a sociis allata esse, commemorato etiam in Civitatibus Eupolide; nullum denique verbum ponunt, quod vel summo grammatico infitiandum aut recusandum esse videatur. Nam quod alter grammaticus Lenaea, alter Dionysia priore loco collocavit, nimirum ille annum Atheniensium civilem, hic vero anni tempestates sequi maluit. At omiserunt Anthesteria: quae hic absurde immiscuissent. Etenim prior scholiastes Babylonios et Dionysia cum Acharnensibus Lenaeisque comparat; posterior de dramatis Dionysiorum Lenaeorumque solis disserit, quae scilicet Anthesteriis omnino nulla in certamen committebantur. Praeterea vel ii grammatici, qui de festis agunt Dionysiorum, certam ob causam, ut infra dicetur, Anthesteria praeterire solent. Quodsi doctissimi scholiastae nihil in caeteris mentiti sunt, tanto magis eisdem de Lenaeis quoque fides habenda est. Atqui alter ostendit, Acharnenses Lenaeis editam esse, hieme jam impendente (Posideonem dicit clareque describit); alter ruralia Dionysia paullo ante hiemem acta a Lenaeis negat discrepare. Enimvero cum scholiis Ulpiani et cum hujusmodi quisquiliis antiqua scholia in Aristophanem non sunt conferenda, quae ego secundum Veneta scholia Homeri omnium, quae quidem aetas tulit, vel praestantissima dicere audeo. Quae si quis naviter perlegerit et dies noctesque versarit, is certe intelliget, vel plurimum his quattuor scholiis tribuendum esse, quae fortasse a totidem grammaticis confecta sunt, veluti ab Didymo, Symmacho, Apollodoro, Eratosthene. Etenim illa ad unum quum scripta sunt doctissime, tum etiam alioquin omnes habent notas veritatis, longeque abhorrent a nugis istis ad Acharn. 195

Charitonis haec sunt, *ἐνταῦθα Ἑρμοράτης ἀπεσκέδασε τὸ πλῆθος, καὶ ἐπέλευσε τῷ κυβερνήτῃ λοιπὸν ἀνάγεσθαι*. Cf. etiam Perizonium ad Aelian. VIII, 14. In atticis scriptoribus *λοιπὸν* hoc modo nusquam legitur.



(194) Διονύσια δὲ ἑορτὴ Διονύσου, ἣν ἤγον Ναυπάκτιοι, scholio hominis perverse docti, qualem novimus Lycophronem. Quod autem Ruhnkenius l. l. suspicatur, hanc scholiastarum sententiam fluxisse ex male intellecto Aristophane, quum et ruralia Dionysia in scena agantur, et Lenaeis dari Acharnenses Comicus ipse ostendat: neque grammaticusque eo desipiebant, ut datae fabulae tempus cum tempore argumenti confunderent, neque omnino vetusti grammatici, sed novitii potius scholiastae ex ipso scriptore unice suspensi sunt, neque vero vel novitius scholiasta isto modo Lenaea ruralibus Dionysiis attribuisset, sed certe Anthesteriis, quae multo saepius etiam in fabula Acharnensium commemorantur. Denique jam supra demonstratum est, ne potuisse quidem scholiastas, si maxime vellent, ea omnia, quae praeclare docent, ex Aristophane ipso derivare. Quare tantum abest, ut hi scholiastae vel ob tenuitatem despiciendi sint, vel suo ipsorum indicio condemnentur, ut rectissime dixerit Hermannus l. l., non esse dubitandum, quin haec scholia ex antiquis iisque bonis fontibus manaverint. Quin etiam plerosque alios locos, in quibus verba ληνός, ἐπιλήνιος, Ἀθηναία memorantur, magnam habere vim ad demonstrandum facile adparet. Nam et rustica Liberalia Posideone, ipso illa quidem vindemiae tempore acta esse constat, et verba ληνός, ἐπιλήνιος cet. magna constantia ad vindemiam solent referri. Vide mihi unum de multis Pollucem IV, 53. ἐπιλήνια, quae docte Jungermannus defendit, et mox § 55. καὶ τι καὶ ἐπιλήνιον αὐλημα, ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων. Quocirca a festo rurali Lenaea disiungere, profecto est vindemiam tollere ex ipsa vindemia; porro autem Lenaea ex Posideone in Gamelionem vel mehercule in Anthesterionem transducere, nihil est aliud, quam Atheniensibus imperare, non ut extremo auctumno, sed potius aut media hieme aut vere adeo ineunte vindemias colligant, quod utrumque contra naturam est et dictu absurdum. Paucis vero aliud argumentum absolvere licebit, quo et ipso Lenaea admodum nihil a ruralibus Dionysiis diversa fuisse probatur. Audiamus enim scriptorem optime de verbo τρυγηδία disserentem Περὶ κωμωδίας p. VI Bekker. (sive p. XI ed. Kust.) τὴν αὐτὴν δὲ (τὴν κω-



μωδίαν) καὶ τρυγφδίαν φασὶν διὰ τὸ τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἐπὶ τῷ Αἰ-
ναίῳ γλεῦκος δίδοσθαι, ὅπερ ἐκάλουν τρύγα, ἢ ὅτι μήπω προσω-
πέων ἠὲρῆμένων τρυγὶ διαχρίοντες τὰ πρόσωπα ὑπεκρίνοντο. Simil-
lima his sunt, quae traduntur in Epitome Athenaei II, 40, b., a scho-
liastis ad Acharn. 473 (498) et ad Nubes v. 296. 27) Quodsi eis poëtis
comicis, qui in Lenaico certamine pulchre stetissent, novum mustum an-
tiquitus praemii loco dabatur, vel si mehercule, ut Athenaeo placet, ipso
vindemiae tempore comoediae (in Lenaeo scilicet) agebantur (καὶ κατ'
αὐτὸν, inquit, τὸν τῆς τρύγης καιρὸν. ἀφ' οὗ δὴ καὶ τρυγφδία τὸ
πρῶτον ἐκλήθη ἢ κωμφδία. atque hoc veriloquium magis probo):
haud dubie sequitur, festum Lenaicum auctumno inter alia vindemiae
ludicra celebratum esse. Sed nomen τρυγφδία semper de comoedia
poni, de tragoedia vero ne semel quidem, recte demonstravit R. Bent-
lejus Opuscul. p. 317 sqq. ed. Lips. Praeterea intelligendum est, verbo
τρυγφδία proprie eam tantummodo comoediam designari, quae data sit
Lenaeis. Sic Aristophanes Acharnenses Lenaeis Ol. 88, 3. editam ap-
pellavit τρυγφδίαν v. 473. 474. (cf. etiam v. 851.), idemque ad Vespas
Lenaeis Ol. 89, 2. datas verba τρυγφδοὶ v. 650. atque χορὸν τρυγφ-
δῶν v. 1534 retulit. Nam latiore demum significatione, non propria
voces τρυγφδός (Acharn. 603), τρυγφδός (Gerytad. p. 109 ed. Dind.),
et comicum verbum τρυγφδαίμονες (Nub. 296) comoedias in universum
complectuntur. Quae quum ita sint, Lenaicae comoediae auctumno
circa vindemiae tempus et ruralia Dionysia agebantur, atque ab eo ipso
nomen τρυγφδαίαι acceperant. Jam in latinis scriptoribus plura loca in-
veniuntur, quae vel probabile reddant, vel fidem plane faciant, a rura-
libus Dionysiis Lenaea verbo tantum et sono vocis distare. Verum satis
est nunc quidem eo uti testimonio, quod unum omnium esse clarissimum
videtur, Virgilio Georg. II, 4.


27) Aelian. Epist. VII. ἀπέστειλα οὖν σοι τοῦ ὁμωνύμου τοῦ ἐν ἀγρῷ σῦκα
καὶ βότρως καὶ τρύγα ἀπὸ ληνῶν.



*Huc, pater o Lenaeae! tuis hic omnia plena
Muneribus, tibi pampineo gravidus auctumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris:
Huc, pater o Lenaeae! veni, nudataque musto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.*

Aut enim Lenaea per vindemiam tempore eodem, quo Dionysia ruris agitata sunt, aut Virgilium, doctissimum poëtam, necesse est perridicule Lenaeum invocasse. Inprimis autem quid velint sibi Lenaea Atheniensium, quando acta esse videantur, quove referenda sint, e Lenaeone mense perspicitur. Quem enim Attici vulgo Posideonem dicere solent, eum ipsum antiquis temporibus Lenaeonem a Lenaeis vocitatum esse reperio. Sed primum ab attico Lenaeone Jonum mensis Lenaeon, qui brevem orationem requirit, plane discernendus est. Igitur Lenaeonis ionici mentio fit primum in Marmoribus Oxoniensibus p. 9 supra ed. secund. a. 1732. his verbis, Ἐπὶ ἱερέως Ἠγησίου, Στεφανηφόρου δὲ Πυθοδώρου μνηρὸς Ἀθηναίωνος ἀγαθῆ τύχη ἐπὶ τοῖσδε συνέθεντο τὴν φιλίαν Σμυρναῖ [οι] τε καὶ οἱ ἐν Μαγνησίᾳ κ. τ. ἔ., deinde ab Josepho Antiqq. Jud. XIV, 10, 12. Ἐπὶ πρυτάνεως Ἀρτέμωνος, Ἀθηναίωνος πρώτῃ, Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ Ἐφεσίων βουλῇ καὶ ἄρχουσι καὶ δήμῳ χαίρειν —, tum in lapide Cyziceno apud Caylum ²⁸⁾, e quo trium ordo mensium apparet, siquidem Μῆνα Ποσειδεῶνα, Μῆνα Ἀθηναίωνα, Μῆνα Ἀνδραστηριῶνα proxime junguntur. Neque vero dubitamus, quin plerique viri docti, ut Seldenus, recte judicaverint, ionicum Lenaeonem tempore ad Anthesterionem Atheniensium respondisse. Nam primum quidem Proculus ad Hesiodi O. et D. v. 502., quum sanequam perturbate ac parum dilucide loqueretur, tamen de Hermaeo Boeotorum mense, qui in atticum Anthesterionem conveniebat, aperte haec prodidit, Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως ἀλλὰ Ἀθηναίωνα καλοῦσι. Idemque paullo post J. Tzetzes aliis verbis corroboravit, — ὃς Ἀθηναῖος παρ' Ἴωσι καλεῖται, ὅτι τὰ Πιθοίγια ἐν τούτῳ ἐγένετο. Sic enim in Tzetze

²⁸⁾ Recueil des Antiquités T. II. tab. 68 — 70.



scribendum est e praestantissima editione Trincavelli. Adeo etiam Tzetzes Pithoegia Anthesteriorum diem in Lenaeone Jonum collocavit. Gravissimum vero id est, quod nunc dicemus. Etenim in Hemerologio Florentino Codicis Medicei, quo de egregie Idelerus in Chronolog. p. 414 sqq. exposuit, de duodecim mensibus Asianorum octo hoc ordine recensentur,

Ἀπατούριος,

Ποσειδάων,

Ἀθηναῖος,

Ἱεροβέβας,

Ἀρτεμίδιος,

Εὐαγγέλιος,

Στρατόνικος,

Ἐκατομβαῖος.

Jam mihi aliquis comparet hos decem menses Atheniensium,

Πυανεισίων,

Μαιμακτηριῶν,

Ποσειδεῶν,

Γαμηλιῶν,

Ἀνδεστηριῶν,

Ἐλαφηβολιῶν,

Μουνυχιῶν,

Θαργηλιῶν,

Σκιροφοριῶν,

Ἐκατομβαιῶν.

et simul illud consideret, Hecatombaeum Asianum temporibus cum Hecatombaeone Attico satis belle congruere: profecto intelligat necesse est, Lenaeum Jonicum non cum alio potius mense ullo, quam cum Anthesterione conferendum esse. ²⁹⁾ Atque hoc idem ex Aristide rhetore sa-

²⁹⁾ Idelerus, quum Boeckhio Lenaeum et Gamelionem temere aequiparanti assentiret, prudenter tamen cogitateque scripsit p. 418. „Es ist nur auffallend, daß zwischen dem Poseideon und Hecatombäon im asianischen Jahr nicht, wie im



tis certo concludi potest Serm. Sacr. I. p. 274 — 280 ed. Jebb. (sive p. 481. 491. 503 ed. Canteri.). Principio acerbissimum frigus Posideonis ita describitur, ut Gamelionem atticum cito agnoscas. Ἦν μὲν γὰρ, inquit, Ποσειδεῶν μῆν, ἴσπε οἴου χειμῶνος. — αἰτία δ' οὐχ ἥμισυ ἢ συνέχρεια τῶν χειμῶνων, ἦν οὐδὲ κέραμος οὐδεὶς ἐνέγκαι ἐλέγετο. Sequitur p. 491. proximus mensis Lenaeon: Ἀθηναίων νομμητὰ ἐδόκου ἐν τῷ Ἀδριανείῳ κενεῖσθαι μὲν, λελοῦσθαι δ' οὐ. nullis jam de nimio et intolerabili frigore querelis. Verum ne quis dubitaret Lenaeonem quoque in hibernis mensibus adnumerare, mox ipse cavit Aristides p. 503 his verbis: ἀλλὰ τὰς γε ἀσπίτας ταύτας ἀπάσας καὶ τὰς ἐπιτούτων πρότερον καὶ μετὰ τοῦτο γενομένας ἡμῖν ἐν τῷ χειμῶνι τούτῳ et quae sequuntur. Itaque Lenaeon de hibernis mensibus omnium fuit ultimus, hoc est certe, aequiparari debet cum Anthesterione. Satis ostensum est, Lenaeonem ionicum et atticum Anthesterionem tempore in unum convenire. Verum enim vero ex eo minime sequitur, Lenaea Athenis data esse Anthesterione; neque si cum Gamelione Lenaeon congrueret, ideo Lenaea Gamelione acta existimarem. Nam qui ita disputant, precario ea sumunt, quae a nullo concedi possunt, Lenaea mense Jonum Lenaeone non solum ab Jonibus, verum etiam ab Atheniensibus celebrata esse. At praeterquam quod vindemiae festum ab exitu hiemis abhorret, nos quidem ulla ab Jonibus Lenaea unquam acta esse omnino nescimus. At, inquit, Jones ab ipsis Lenaeis, quae tummaxime agebantur, mensem dixerunt Lenaeum. Nempe isto modo si agere placet, eodem, quo illi, jure id est nullo evincam, Lenaeum Ionicum in Posideonem convenire. Quum enim Asianorum menses hoc ordine decurrant, Ἀπατούριος, Ποσειδάων, Ἀθηναῖος, Apaturia vero Athenis Pyanepsione agitata esse constat; Lenaeus secundo post

attischen, sechs, sondern nur fünf Monate liegen. Da wir den letztern Monat ganz innerhalb der Grenzen finden, zwischen denen sich der Anfang des Hekatombaion im attischen Mondjahr bewegte, so muß sich bei der Einrichtung des assianischen Sonnenjahrs der erstere um eine Stelle verschoben haben, wodurch der Lenaeus in den attischen Anthesterion rückte."



Pyanepsionem loco reponendus erit planeque cum Posideone attico consentiet. Fac tamen, Lenaeum dictum esse a Lenaeis, nec dubitasse Jones repugnante ac reluctante natura hoc anni tempore suum quoddam vindemiae festum obire, quod est longe secus: num propterea etiam Athenis Lenaea mense Jonum Lenaeo acta esse oportebit? Nihilne igitur fasti Jonum, qui plane coloni Atheniensium fuerunt, ab atticis mensibus discrepant? Immo vero fasti attici tantopere ab ionicis abhorrent, ut e tenui nominum similitudine atque e paucis istis mensibus, quorum nomina tantum, non etiam anni tempus in Joniam transtulerunt, ratio concludi certe non possit. Quae quum ita sint, nostrum potius est quaerere, in quodnam tempus Lenaeon atticus, neque vero ionicus incidisse videatur. Quum enim omnes fere menses Atheniensium a festis per illum mensem transactis nomen duxerint suum: rectissimum videtur, Lenaea attica attico Lenaeoni attribueri; quem si nomine tantum, non etiam re a Posideone sejunctum esse demonstravero, certe non poterimus recusare, quin Lenaea Posideoni atque agrestibus Dionysiis assignentur. Lenaeon Atheniensium ab uno propemodum Hesiodo commemoratur O. et D. v. 502.

Μῆνα δὲ Ἀθηναίων, καὶ ἡμέατα, βούδορα ³⁰⁾ πάντα, τοῦτον ἀλεύσθαι —.

³⁰⁾ Immo βουδόρα, ut nuper edidit Goettlingius, qui non rectius, quam caeteri interpretes, βουδόρα ad nutrimenti per hiemem inopiam retulit, propter quam multi boves perire soleant. At Hesiodi longe alia sententia est: Vita, inquit, Lenaeonem mensem, dies malos planeque boum carnificinam. Aliis verbis, carnificina est, per Lenaeonem bubus uti ad arandum. Notus est autem hic adjectivi πᾶς usus. Aristoph. Acharn. 875. ἀλλ' ἅπαν κατόν. Soph. Philoct. 915. πᾶν δεῖμα. (cf. ibid. v. 618.) Electr. 293. ἡ πᾶσα βλάβη. Latini eodem modo, ut Cicero De nat. deor. II, 21. — contraque *omnis* ordo. Quem usum eleganter illustravit Kiesslingius ad Theocrit. XV, 143. Sed verissimam esse hanc explicationem Hesiodi, ex eo patet, quod poeta Lenaeone mense arandum esse negat; atqui bubus arabatur (v. 450 sqq.). Similiter rustici nostri *equorum carnificem* talem appellant equisonem, qui nulla equorum cura tangatur.



Putidum fuerit, docere, non alium ullum mensem, nisi Posideonem atticum hic Lenaeonis nomine adpellari: sed quia et arx causae meae in hoc maxime fundamento posita est, et graeci explicatores de variis ac diversis mensibus somniant, nostri autem (quos quidem ego conferre potuerim) Posideonem alii, alii vero Gamelionem interpretantur, vim faciam ingenio meo atque rem clarissimam per sese demonstrabo. Igitur Lenaeonem ab Hesiodo primum mensem de hibernis existimari, vel hoc argumento efficitur, quod Lenaeone multis verbis descripto ita pergit v. 562.

*Εὖτ' ἂν δ' ἐξήκοντα μετὰ τροπὰς ἡέλιοιο
χειμέρι' ἐτελέσῃ Ζεὺς ἡμάτα —.*

ac deinceps statim ver subsequi iubet. Fac sexaginta dies sive duo menses cum Lenaeone conjungas: ita hiemem totam habebis. Nam princeps mensis hibernus est Lenaeon, progrediens ille usque ad brumam; hunc reliqui duo menses hiberni sequuntur, quibus praeterlapsis veris adest initium. Ipsum vero initium veris v. 565 Hesiodus repetit ab Arcturi exortu vespertino, quo die primum totus luceat; eum scilicet diem significat, quo hanc stellam vesperascente coelo ultimum videre licet. Hoc temporibus illis accidebat die XVII. Februarii, sive dies LVII. post brumam, h. e., ut alii loquuntur, post solstitium brumale, quod tunc in diem XXI. m. Decembris incidebat. Qua de causa Lenaeon Hesiodius aut a d. XXI. m. Novembris usque ad d. XXI. m. Decembris e nostris fastis (si tamen ille ipso brumae tempore finiebatur), aut si a primo vere Arcturique exortu rationes putandae sunt, a d. XVII. m. Novembris usque ad d. XVII. m. Decembris pertinuisse censendus est.³¹⁾ Deinde Hesiodus Lenaeoni mensi aliis in locis tempus

³¹⁾ Optime anni inprimisque hiemis Hesiodiae ratio cognosci potest e praestantissimo libro Ideleri Manual. Chronolog. p. 242. 246., abs quo in paucis dumtaxat locis discessi. Veruntamen Idelerus in Hesiodum, rudem poetam, iniquior est, quem dicit triduo plus numerasse, LX dies pro LVII. Hesiodus vero, etiamsi numerum accurate inierat, non potuit tamen aliter loqui, atque loquutus est. Scilicet hoc voluit, Lenaeonem usque ad brumam pertinere (verba



substituit brumale (v. 477. *ἡλιόιο τροπῆς* et v. 564. *μετὰ τροπᾶς ἡλιόιο*), quod Posideone ultimo, minime vero Gamelione continetur. Praeterea consilium poetae Lenaeone arandum esse sementemve faciendam iterum atque iterum negantis (vide paucos de multis v. 477. 505. 552.) mensi secundo hiemis prorsus adversatur, cum Posideone autem egregie conspirat. Etenim arationis initium Hesiodus v. 382. Vergiliarum occasu (d. XXVI. m. Octobris) fieri jubet; idemque alio loco v. 614. cl. v. 621. arandi tempus esse dicit, quum primum non modo Vergiliae, sed etiam Hyades (XXX. m. Octobris) et Orion (VII. m. Novembris) occiderint. Necessae est itaque, eos, qui contra Hesiodi praeceptum sero ac mense demum Lenaeone arare coepissent, extremo circiter Novembri h. e. Posideone, haudquaquam vero Gamelione sibi arandum putasse. Et cum hac ratione etiam illud praeclare concordat, quod hiemis principium paullo post justum arationis tempus rejectum est v. 448. *ἢ τ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὄρην | δεικνύει ὀμβρηροῦ* —. Tum vero Hesiodus Lenaeone vestem sumi jubet hibernam, eamque rem simplex poeta deinceps pluribus persequitur v. 534 — 545. *καὶ τότε ἔσασθαι ἔρυμα χροῶς, ὡς σε κελεύω* —, et quidem vestimenta post arationem demum mutata vult v. 391. — *γυμνὸν σπειρεῖν, γυμνὸν δὲ βοῶτειν, | γυμνὸν δ' ἀμάσθαι* —. Quis igitur est, quin intelligat, non sane hieme media, sed extremo potius auctumno hiemisque initio crassiorem vestem aptam hiemi induendam esse? Sin vero ne pervulgatae quidem res, quas pro se quisque quotannis experitur, sine certis testimoniis credi possunt, teste potissimum utamur Aristophane in Ecclesiaz. 416. *ἦν γὰρ παρέχωσι τοῖς δεομένοις οἱ κναφῆς | χλαίνας, ἐπειδὴν πρῶτον ἥλιος τραπῆ, | πλευρῖτις ἡμῶν οὐδέν'*

enim *μετὰ τροπᾶς ἡλιόιο* nihil aliud declarant, quam *μετὰ τὸν Αἰγιαῶνα*; praeterea autem duos restare menses hibernos. Verissime: dummodo illud *τενneas*, *ἔξήμοντα ἡμέρατα* apud Graecos in tali loco non sexaginta ipsos dies significare, verum menses duo, quemadmodum *τριακονθ' ἡμέραι* saepissime pro uno mense, etiam cayo, ponuntur. Vide Elmslejum ad Aristoph. Acharn. 866 (858).



ἂν λάβοι ποτέ. | ὅσοις δὲ κλίνη μὴ ὅτι μηδὲ στρώματα, | ἵεναι καθευ-
 δήσοντας ἀπονεμιμένους | ἐς τῶν σκυλοδεψῶν. ἦν δ' ἀποκλείη τῇ
 θύρα, | χειμῶνος ὄντος, τρεῖς σισύρας ὀφειλέτω. et in Avibus v. 710.
 — σπείρειν μὲν, ὅταν γέρανος κρώζουσ' ἐς τὴν Διβύην μεταχωρῇ, |
 καὶ πηδάλιον τότε ναυκλήρῳ φράζει κρεμάσαντι καθεύδειν, | εἶτα δ'
 Ὀρέστη χλαῖναν ὑφαίνειν, ἵνα μὴ ῥιγῶν ἀποδύῃ, ubi sic Hesiodum
 imitatur, ut similiter cum aratione finita primam hiemem ac mutatio-
 nem vestis copulaverit. Jam vero in oculos incurrit, ipsam hiemis de-
 scriptionem, quae cum Lenaeonis enarratione conjungitur, v. 502 — 556.
 necessario ad primum mensem hibernum adcommoari debere, a Game-
 lione autem hiemeque media penitus abhorrere. Ceterum multa nobis
 alia argumenta in promptu sunt, quibus Lenaeonem Hesiodi certissime
 pro attico Posideone habendum esse ostendatur: nisi in tali causa per-
 dere tot verba pigeret. Illud tamen facere nequeo, quin Anacreontis
 quendam locum adpronam Fr. VII. p. 88 sqq. ed. Bergk. variè, ut fit,
 a Criticis habitum. Hunc servarunt et Eustathius p. 1011, 64 ed. Rom.
 διὸ καὶ οἱ Ἄττικοι τὸν περὶ χειμερίου τροπὰς μῆνα Ποσειδεῶνα κα-
 λοῦσιν, ὡς Ἀνακρέων· μεῖς μὲν δὴ Ποσειδηῶν ἔστηκε. νεφέλαι δ'
 ὕδατι βαρύνονται. ἄγριοι δὲ χειμῶνες παταγοῦσι. et scholiasta ad eun-
 dem Hom. loc. II, XV, 192. Ἀνακρέων· Μεῖς μὲν δὴ Ποσειδηῶν
 ἔστηκεν, νεφέλη δ' ὕδωρ βαρὺ δ' ἄγριοι χειμῶνες κατάγουσιν. Nuper
 Th. Bergk. edidit,

Μεῖς μὲν δὴ Ποσειδηῶν

ἔστηκεν, νεφέλαι δ' ὕδατι

βαρύνονται, ἰδ' ἄγριοι

χειμῶνες παταγοῦσιν.

Bene tamen adjecit p. 90., aliter paullo scripsisse Anacreontem videri.
 Certe enim ille ὕδει pro ὕδατι scripserat, ut jam ante viri docti cor-
 rexerunt. Minime hic Anacreon de Jonum Posideone loquitur (fuit
 enim, qui etiam hac opinione captus teneretur), sed de attico potius
 agit Posideone, ut diserte tradidit Eustathius. Sentis autem, ut spero,
 et facile intelligis, Hesiodeam descriptionem Lenaeonis attici planissime



congruere cum descriptione Posideonis Attici apud Anacreontem. Uterque enim poeta suo mensi non pluviam solum et imbres verum etiam saevas tempestates attribuit. Compara modo cum Anacreonte hos versus Hesiodi 506 — 511., 542 — 544., 550. 551., 553 — 556. Manet igitur semperque manebit, mensem Hesiodi Lenaeonem cum Posideone attico, non cum Gamelione temporibus congruere. Neque vero ionicum Lenaeonem ab Hesiodo intelligi, qui ne fuit quidem Cumaeus ex Aeolia, sed Ascræus atque adeo Boeotus (cf. Goettlingium Praefat. ad Hesiod. p. III.), perspicuum est et res ipsa loquitur. Namque ionicus Lenaeon minime cum Posideone Atheniensium, sed, ut supra dictum est, cum Anthesterione demum conveniebat. Non magis autem Hesiodus Lenaeonis nomen a Boeotis suis accepit, quippe qui Lenaeonem nullum unquam mensem nominaverint, ut certissimus auctor scribit Plutarchus Chaerontensis. Relinquitur hoc unum, ut Lenaeonis mensis adpellatio e fastis Atheniensium derivata sit. Qui enim vulgo ab Atheniensibus Posideon nuncupatur, eum ipsum prisco tempore Lenaeonis nomine dictum fuisse, vel propter una Lenaea, annum mensis illius festum, summe probabile est. Sed accedit fides grammatici haud sane contemnendi, qui in Lexico quodam veteri apud H. Stephanum Thesaur. L. G. Tomo omnium extremo p. 710. ed. Lond. enarrandis mensibus Atheniensium aperte scripsit in hunc modum, *Ἀθηναίων (ὁ καὶ Ποσειδεῶν) ὁ Φεβρουάριος*. Multum scilicet huic grammatico tribuendum est, a quo simul illud discimus, seriori tempore mutatis Atheniensium fastis, quum jam Hecatombaeon in Septembrem incideret, Posideonem Februario respondisse, sicut egregie vidit Idelerus ³²⁾ in Chronolog. p. 360. At enim fuerunt, qui mentione Lenaeonis mensis non Boeotii in poeta Boeoto tam graviter offenderentur, ut ob hanc solam causam omnem illum locum, in quo Lenaeon luculente descriptus est, ab Hesiodo abjudicarent. Posuit hoc

³²⁾ Ideleri rationes mire adjuvantur ab Etymologo Gudiano p. 201, 35., s. *ἐπινέμησις*, qui docet, Graecis Septembrem *ἀρχὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ* fuisse atque *ἐπινέμησιν* significare *τὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδον*.




Twostenius in Comm. crit. de Hesiod. Op. et D. p. 56 sqq., cupideque nuper probavit Goettlingius. Ego vero qua ratione tam leves res ac paene nugatorias infirmem, non reperio. Tametsi enim Hesiodus natione Boeotus fuit, tamen ille non dorice scripsit, verum ionice, atque eum expressit sermonem, quo ipsius aetate Athenienses uterentur. Quare tantum abest, ut attici mensis nomen in Hesiodo reprehendi queat, ut ionicus poëta, si *Δαμάτριον* vel *Βουκάτιον* vel alium mensem Boeotium memorasset, ab omnibus jure deridendus fuisse videatur. Refutavimus autem opinionem istam, quod satis ineptam ac valde jejunam existimamus, non quo causae nostrae quidquam obesse posset. Nihil enim ad id, quod nunc agimus, interest, utrum Hesiodus, an alius poëta certe veterrimus Lenaëonem descripserit. Sed tempus est, miseram istam scholiorum Hesiodiorum farraginem evolvere, unde quid graeci interpretes de Hesiodi Lenaëone senserint, fortassis elucebit. Ac primo Proculum audiamus, *Μῆνα δὲ Ἀθηναῖονα: Πλούταρχος*, inquit, *οὐδένα φησὶ μῆνα Ἀθηναῖονα καλεῖσθαι παρὰ Βοιωτοῖς· ὑποπτέυει δὲ ἢ τὸν Βούκαιρον* (scribere debebat *Βουκάτιον*) *αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίου τὸν αἰγόκερων διϊόντος, καὶ τὸν (immo καὶ τοῦ) βούδορα τῷ βουκέρῳ (certe βουκαίρῳ) συνάδοντος, διὰ τὸ πλείστους ἐν αὐτῷ διαφθεῖρεσθαι βόας· ἢ τὸν Ἐρμαῖον, ὅς ἐστι μετὰ τὸν βούδορα (Βουκάτιον), καὶ εἰς ταῦτὸν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι, καὶ ὄν καὶ τὰ (ita recte e Codice Gaisfordus pro καὶ τὰ Ἀθηναῖα —) Ἀθηναῖα παρ' Ἀθηναίοις. Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ἀθηναῖονα καλοῦσι. Τοῦτον οὖν ὡς ψυχρὸν κελεύει φυλάττεσθαι et sic porro. Mox idem haec addidit, Ἄλλως. Μῆνα δὲ Ἀθηναῖονα: Ὄνομα μηνὸς κατὰ τοὺς Βοιωτοὺς — Ἀθηναίων δὲ εἴρηται, διὰ τὸ τοὺς οἴνους ἐν αὐτῷ εἰσκομίζεσθαι οὗτος δὲ ὁ μὴν ἀρχὴ χειμῶνός ἐστιν. Οἱ δὲ Ἀθηναῖονα φάσκουσιν αὐτὸν καλεῖσθαι διὰ τὰ λήνεα ὅ ἐστιν ἕρια — ἢ ἐπειδὴ Διονύσῳ ἐποιοῦν ἑορτὴν τῷ μηνὶ τούτῳ, ἣν Ἀμβροσίαν ἐκάλουν. Προτρεψάμενος οὖν αὐ-*



τὸν τῷ χειμῶνι ἐργάζεσθαι, παραιτεῖται τὸν πρῶτον μῆνα et quae sequuntur; omisi enim, quae a proposito nostro aliena sunt. Cum Proculo partim conferendus est Hesychius, qui scholia antiqua ad Hesiodi versum exscribit, *Ἀθηναίων* (codex, *Ἀθηναίων*) μῆν: οὐδένα τῶν μηνῶν Βοιωτοὶ οὕτω καλοῦσιν. εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος Βουκάτιον· καὶ γὰρ ψυχρὸς ἐστίν. ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, ὃς κατὰ (lege cum Seldeno et Buherio ὃς μετὰ) τὸν Βουκάτιόν ἐστίν. καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ἀθηναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσιν. Proculi verba partim vehementer absurda sunt, partim etiam depravata. Incipit autem ab explicatione Plutarchi, qui Lenaeonem mensem nihil a Bucatio Boeotio differre censebat, hoc est ab eo tempore, quo sol Capricornum sive brumale signum transeat. Itaque secundum hos auctores Bucatius convenit cum Gamelione. Quod idem aliis quoque argumentis declarari potest. Nam a Bucatio annum Boeoti ordiebantur, auctore Plutarcho Vit. Pelop. c. 25. — τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν Βοιωταρχίαν ἑτέροις, ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσι —. Atqui Boeotorum annus a solstitio brumali initium ducebat, teste eodem Plutarcho Vit. Pelop. c. 24. Καίτοι χειμῶνος μὲν ἦσαν αἱ περὶ τροπᾶς ἀκμαί, μηνὸς δὲ τοῦ τελευταίου φθίνοντος ὀλίγαι περιῆσαν ἡμέραι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔδει παραλαμβάνειν ἑτέρους εὐδὺς ἰσταμένου τοῦ πρώτου μηνός —. Certissime ergo Bucatius in Gamelionem atticum incidebat. Sed quibus tandem rationibus utitur Plutarchus, omnino ille, ut recte Goettlingius, infelix interpretes Hesiodi, quem admodum juvenis videtur attigisse. Principio, ut est apud Hesychium, frigidum mensem fuisse dicit Bucatium (Gamelionem). Quasi vero ei calores unquam incommodarint Posideone. Praeterea nititur verbo βούδορα haudquaquam percepto, narratque, Bucatio mense plurimos boves fame perire aut morbis absumi. Nisi forte has ineptias Proculus cumuli loco adjecit. Sequitur altera explicatio, quae nunquam in mentem venire Plutarcho potuit, cui male a Proculo tributa est. Recte vero Hesychius alios substituit auctores (ἔνιοι δὲ τὸν Ἑρμαῖον, inquit). Fuerunt scilicet, qui perridicule de Hermaeo Boeotio somniarent, qui quum



et a Proculo et ab Hesychio proximo post Bucatium loco repositus sit, prorsus necesse est eum cum Anthesterione attico congruere. Enimvero nunc apud Proculum sequuntur *monstra horrenda, ingentia* de Hermaeo, καὶ εἰς ταῦτόν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι, καὶ ὃν καὶ τὰ Ἀθηναῖα παρ' Ἀθηναίοις. Ἰῶνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως ἀλλὰ Ἀθηναῖονα καλοῦσιν. Recte quidem Proculus tradit, Hermaeum i. e. Anthesterionem ab Ionibus Lenaeonis nomine adpellari, de qua re supra expositum est. At Gamelionem modo ipse Proculus cum Bucatio composuerat: quomodo igitur nunc idem Hermaeum, qui mensis Bucatium excipiebat, cum Gamelione potest contendere? Haecine est magna perversitas Proculi paucis post verbis Proculo ipsi contradicentis? Quare jam alio loco suspicatus sum, has nugas Demetrio Triclinio deberi, sive quis alius Proculi commentarios in epitomen redegit, Proculum vero ipsum verba καὶ εἰς ταῦτόν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι supra posuisse post illum locum τὸν Βουκάτιον αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίου τὸν αἰγόκερων διόντος. Permirum enim sit, si Proculus vel Plutarchus Bucatium vulgo ignotum omnino non ad fastos Atticos retulerit, Hermaeum contra sine ulla causa dupliciter illustrare eumque et Gamelioni attico et atticis Lenaeis adsimilare voluerit. Ceterum Wyttenbachius, cui sanus hic videbatur locus, non item verus, hoc saltem optime intellexit, Gamelionem minime cum Hermaeo, sed potius cum Bucatio comparandum fuisse. Longe antiquior alia est interpolatio, et Proculo illa et vero etiam Hesychio communis, secundum quam Lenaea attica in Hermaeo Boeotio, sive in Anthesterione collocantur. Ponamus, doctrinam istam veritati esse consentaneam: tum profecto in oculos atque sensus incurrit, Lenaea Atheniensium minime cum Gamelione, quem Hesychius jam ne commemorat quidem, nec magis de eo loquitur Proculus, sed cum Hermaeo sive Anthesterione ab his grammaticis composita esse. Quocirca Seldenus, Ruhnkenius et caeteri admodum speciose hoc duplici testimonio confisi sunt. Sed, mihi crede, vera illos ratio fugit et vanissima quaedam fefellit opinio. Hesychio enim, qui jam totus ab antiquis scholiis Hesiodi suspensus est, non major fides, quam Proculo adjungi debet.



Scilicet tribus modis graeci interpretes Lenaeonem explanare studuerunt. Prima explicatio Plutarchi est, qui frigore hujus mensis et Hesiodi voce βουδόρα nixus Bucatium interpretatur; ad hanc vero unice pertinent verba Proculi alieno loco inserta, καὶ εἰς ταῦτον ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι. Porro nonnulli nimium lepide Hermaeum sive Anthesterionem reperisse sibi videbantur, inducti Lenaeone Jonum; huc jam spectant Proculi verba apte locata, Ἰῶνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ἀθηναῖῶνα καλοῦσι. Restat tertia interpretatio, quam antiquitus divulgatam esse et a grammaticis longe plerisque adscitam patet. Hi vero poëtae sententiam optime adsecuti quum Lenaeonem Posideoni adsimilassent, vina illo mense collecta esse ab eoque hiemem cepisse initium observarunt. Sed quoniam eidem necessario nominis ab Hesiodo positi ΑΗΝΑΙΩΝ rationem reddere debebant, certum est planeque manifestum, ad hanc explicationem vulgatam Proculi verba, καὶ δὲ καὶ τὰ Ἀθηναῖα παρ' Ἀθηναίοις et Hesychii, καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ἀθηναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσιν. unice adcommodanda esse. Videlicet parum attente scholia graeca legisse neque ipsorum errores grammaticorum cognitos habere eum oportet, qui apud Proculum, ut quidem nunc est, tres menses diversos in unum confundi et tanquam constipari miretur, καὶ εἰς ταῦτον ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι (Gamelionem), καὶ δὲ καὶ τὰ Ἀθηναῖα παρ' Ἀθηναίοις (Posideonem). Ἰῶνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ἀθηναῖῶνα καλοῦσι (Anthesterionem). Nempe hic omnes explicationes quasi in communi quodam thesauro inepte coacervantur. Rectissime autem nos de hac omni re statuissse, magno indicio Tzetzes est, qui prorsus eodem modo hosce tres menses commiscuit. Ceterum haec Proculi verba, Ὄνομα μηνὸς κατὰ τοὺς Βοιωτοὺς — non sunt Plutarcho repugnantis, sed vitium fecerunt manifestarium. Namque in Etymologico Gudiano p. 568, 54. ipsa Proculi verba necdum corrupta sic describuntur: Ἀθηναίων: (sic), ὄνομα μηνὸς κατὰ Βοιωτοὺς, κατὰ δὲ Ἰῶνας Ἀθηναίων (sic), ὃ ἔστιν Ἰαννουάριος. Ἀθηναίων δὲ εἴρηται, διὰ τὸ τοὺς οἴνους ἐν αὐτῷ εἰσκομίζειν. οὗτος δὲ ὁ μὴν ἀρχὴ χειμῶνός ἐστι. οἱ δὲ Ἀθηναῖῶνα φάσκουσιν αὐτὸν καλεῖσθαι διὰ τὸ λήναια (τὰ



λήνεα), ὃ ἔστιν ἔρια. Quapropter Proculus ita scripserat, Ὀνομα μηνὸς κατὰ τοὺς Βοιωτοὺς [Βουκάτιος, κατὰ δὲ Ἴωνας Ἀθηναίων]. ἀναίρετινὸς δὲ οὗτός ἐστι τῶν βοῶν, εἰς ὃν ἐξέδερον τοὺς βόας. Falso is quidem Bucatium, cui nihil erat cum Posideone, atque Lenaeona consociat, veruntamen bene dicit, Lenaeonem Boeotos plane nullum habuisse. Dictum est de Procuro deque mira ejus trium mensium confusione; nunc ad Johannem Tzetzem veniamus. Is in Gaisfordi editione loquitur in hunc modum, Μῆνα δὲ Ἀθηναίων: Τὸν Χοιᾶν, ἣ γουν τὸν Ἰαννουάριον, ὃς Ἀθηναίων (Ἀθηναῖος Trincavelus) παρ' Ἴωσι καλεῖται, (hic adde ex ed. Trincaveli, ὅτι τὰ πιθοίγια ἐν τούτῳ ἐγίνετο,) ἢ ὅτι ἡ τῶν οἴνων συγκομιδὴ κατὰ τοῦτον ἐγίνετο, ἢ ὅτι τῷ τῶν ληνῶν αἰτίῳ Διονύσῳ ἑορτὴν τὴν λεγομένην Ἀμβροσίαν ἐτέλουν —. Τοῦτον γὰρ τὸν μῆνα κελεύει προφθάσαι καὶ προλαβεῖν καὶ πρὸ αὐτοῦ ἀπαρτίσαι τὰ τοῦ σπόρου καὶ ἐκφυγεῖν τὸν τότε παγετὸν, ὅστις τοῦ Βορῥᾶ πνεύσαντος γίνεται. Caetera jam aliena sunt. Graviter Tzetzes hic, ut saepe alias, corruptus est. Sed L. Bachmannus, doctissimus et amicissimus vir, cujus singularem humanitatem laudare satis non possum, etiam hic laboranti ita succurrit, ut egregias quasdam lectiones mecum communicaret, ex eo codice ductas, quem in Praefat. ad Lycophron. p. XXVI. sq. ipse descripsit. Has lectiones infra posui. ³³)

³³) pag. 308, 15. (Cod. fol. 204. vers.) μῆνα δὲ Ἀθηναίων, ἢ τὸν δεκέμβριον, τὸν παρ' Αἰγυπτίους Χυχὸν (sic): ἐν ᾧ τῷ Διονύσῳ ἑορτὴν ἤγεν, ἢν ἀμβροσίαν ἐκάλουν ἢ τὸν Χυνιακὸν ἢ τὸν Ἰαννουάριον, ὃς Ἀθηναίων παρὰ Ἴωσι καλεῖται, ὅτι ἡ τῶν οἴνων συγκομιδὴ κατὰ τοῦτον ἐγίνετο. ἢ ὅτι τῶν ληνῶν αἰτίῳ Διονύσῳ ἑορτὴν τὴν λεγομένην ἀμβροσίαν ἐτέλει (sic). ἢ παρὰ Ῥωμαίοις βρουμάλια· βρουῦμος γὰρ ὁ Διόνυσος· τοῦτον γοῦν τὸν μῆνα κελεύει προφθάσαι καὶ προλαβεῖν, καὶ πρὸ αὐτοῦ ἀπαρτίσαι τὸν σπόρον, καὶ ἐκφυγεῖν τὸν τότε παγετὸν· ὅστις τοῦ βορῥᾶ πνεύσαντος γίνεται. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι διὰ τὰ λήνια, ὃ ἔστιν ἔρια καὶ πρόβατα. δόραν καὶ αἰγιοδόραν καλοῦμεν. βούδουρα πάντα βοῶν ἐκδαρτικὰ τὰ ἡμᾶτα ταῦτα· ἐκφυγεῖν δεῖ ταῦτα καὶ προλαβεῖν τὸ ἔργον αὐτοῦ τίς τελέσας. καὶ τὰς κρυώδεις ἡμέρας καὶ τὰ κρύσταλλα, ἃς ἡμέρας διὰ τῆς ὀρῆνης τῆς βοτανώδους ἐπὶ τὸν πόντον



Quamobrem Tzetzes tali fere modo scripsisse videtur, *Μῆνα δὲ Ἀθηναίων: ἢ τὸν Δεκέμβριον, τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Χοιάκ, ἢ τὸν Ἰαννουάριον, ὃς Ἀθηναίων παρ' Ἰῶσι καλεῖται, ὅτι ἢ τῶν οἴνων συγκομιδὴ κατὰ τοῦτον ἐγίνετο κτλ.* Non minus turpiter Tzetzes, quam Proculus, tres menses confudit omniaque miris modis commiscuit; πάντα μία *Μύκονος φασιν.* Namque et vini collecti et Choiacis Aegyptii atque Decembris mentio spectat ad Posideonem; *Χοιάκ* enim sive *Χοιάχ*, ut alii scribunt, spatium, quod est inter d. XXVII. m. Novembris et XXVI. m. Decembris, explevit (vide tantum Idelerum Chronolog. p. 145.). Erunt fortasse, qui ad eundem mensem revocent Januarium Tzetzis adferantque Plutarchum, qui in Vita Caesaris c. 37. satis negliger scripsit, *χειμῶνος ἐν τροπαῖς ὄντος, ἰσταμένου Ἰαννουαρίου μηνός (οὗτος δ' ἂν εἴη Ποσειδεῶν Ἀθηναίοις).* — At quum Posideon modo cum Decembri compositus sit, sequitur, Januarium cum explicatione Plutarchi cohaerere, qui de Bucatio sive Gamelione cogitabat. Denique verba *ὃς Ἀθηναίων παρ' Ἰῶσι καλεῖται* manifesto ad Anthesterionem sive Hermaeum referuntur, quocum Proculus Lenaeonem Jonum recte atque ordine consociavit. Verissime autem id quoque dictum esse, e Pithoegiis Anthesteriorum adparēt, quae cum Lenaeone ionico copulantur. ³⁴⁾ Memorabile est, quod in Etymologico Magno p. 564, 6.

δρομῶν καὶ πνέων ὁ βορρᾶς, τὸν κόσμον ἐτάραξε καὶ κρυάδη ἐποίησε. σιγματοειδῆς οὖσα ἢ Θρήκη, ἐκεῖθεν ἀναβιβάζει τὸν βορρᾶν ἄνεμον. μυκᾶται καὶ βοᾷ διὰ τὸ κρυερῶν ἀνέμων καὶ ψυχρῶν καὶ τὰ ὄρη καὶ τὰ πεδία, καὶ ἄγονος ἐστὶν ἢ γῆ καὶ συμμεμυκία. ἐν δὲ τῷ θέρει καὶ ξαρι ἀνοίγεται. δασεῖα, εἰς ἣν οὐδεὶς δύναται ἐρεῖσθῆναι (sic). κρυτὸν λέγει τὸν τροχαλὸν, δίκην τροχοῦ. ἢ δρομικὸν πρὸς θέρμην. πῶς ἰσχυρότατον τῆς βύρσης τοῦ βοῦς διέρχεται ὁ ἄνεμος; καὶ φησὶ, ἐτι πνεύσαντος τοῦ ἀνέμου τότε βία ἐστὶν, ὥστε καὶ εἰς τὴν τοῦ βοῦς βύρσαν περᾶν. Idem codex has praebet interlineares notas: Super Ἀθηναίων est ἰαννουάριον. v. 503. πηγάδας] ἐμφευσε — τὰς στάχνας (recte Bachmannus τὰς πᾶχνας) ἢ τὰς κρυάδεις ἡμέρας. Ad v. 522. ἡματι χειμερίῳ] ἡμέρα χειμερινῆ Ἰαννουαρίου καὶ Φευρουαρίου μηνός.

³⁴⁾ Nihil equidem e Moschopulo profeci, qui ita loquitur, *Μῆνα δὲ Ἀθηναίων:*



vera Lenaeonis Hesiodi explicatio ad Posideonem atticum relati (quam diximus maximae parti graecorum interpretum placuisse) diligentissime commendatur. Ita autem scribit grammaticus, *Αθηναίων*: Ἡσίοδος, *Μῆνα* δὲ *Αθηναίων*, καὶ ἡμέματα, βούδωρα πάντα: — τὰ τοὺς βοῦς ἐκδέροντα διὰ τὸ κρύος· τὸν κατ' Αἰγυπτίους Χύακον (sic) καλούμενον. ἐκλήθη δὲ ληναίων, διὰ τὸ τοὺς οἴνους ἐν αὐτῷ κομίζειν. οὗτος δὲ ὁ μῆν ἀρχὴ μηνῶν ἐστίν. οἱ δὲ ληναίωνά φασιν, ἐπειδὴ Διονύσου (f. Διονύσῳ) ἐποιοῦν ἑορτήν ἐν τῷ μηνὶ τούτῳ, ἣν Ἀμβροσίαν ἐκάλουν· καὶ λήναιον, ἱερὸν Διονύσου. Hic ne quem porro deludat vitium apertum, ἀρχὴ μηνῶν, quod factum memini, inculco, ita rescribendum esse, οὗτος δὲ ὁ μῆν ἀρχὴ χειμῶνός ἐστιν, quae totidem verbis et in Proculo et in Etymologico Gudiano leguntur atque id loco etiam prorsus eodem post διὰ τὸ τοὺς οἴνους ἐν αὐτῷ εἰσκομίζεσθαι. Sin tamen Etymologus ἀρχὴ μηνῶν dixisset, nimirum confudisset Bucatium, primum mensem anni Boeotii, et Plutarchi explicationem cum Posideone atque interpretatione vulgata. Nunc vero omnia paene Etymologi verba ad Posideonem tendunt e Lenaeone Hesiodi eruendum. Namque et Choiak Aegyptiorum consentit cum Posideone, et eodem pertinet vindemiae collectique vini commemoratio, et hiemis initium ad hunc ipsum Posideonem competit. De Lenaeone mense haec hactenus. Sequitur, ut alia ratione demonstrarem, Lenaea arcto vinculo cum Dionysiis agrestibus cohaerere. Etenim in didascalis formulae ἐν ἄστει, εἰς ἄστν atque ἐπὶ Αθηναίῳ, εἰς Αἴθναια saepenumero oppositae sunt. Veluti in didascalis Avium haec leguntur, Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δράμα καθῆκεν εἰς ἄστν, διὰ Καλλιστράτου· εἰς δὲ Αἴθναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. Sic etiam aliis in locis νήας ἀστιας, διδασκαλίας ἀστιας atque νήας ληναϊνὰς, διδασκαλίας ληναϊνὰς plane contra positae esse, Kanngiesserus p. 261. ostendit.

Κατὰ τὸν μῆνα δὲ τὸν ληναίων, ὅστις ἐστίν ὁ Ἰανουάριος, ἐκλήθη δὲ οὕτως, ἐπειδὴ τῷ Διονύσῳ τῷ τῶν ληνῶν ἐπιστάτῃ ἐτέλουν ἑορτήν τῷ μηνὶ τούτῳ, ἣν Ἀμβροσίαν ἐκάλουν, κακαὶ εἰσὶν ἡμέραι et quae sequuntur.

Quae dictio ab antiquis usque temporibus repetita etsi ad primam speciem admirationi est, tantoque minus videtur defendi posse, quod Lenaeicae quoque fabulae in ipsa urbe Athenis editae sunt: tamen re diligentius considerata rationem habet idoneam. Quemadmodum enim Anthesteria solo nomine a caeteris Dionysiis satis distinguuntur: sic ipsa Dionysia bifariam distribui solebant, quum verna aut Διονύσια τὰ ἐν ἄστει, sive τὰ κατ' ἄστει aut Διονύσια τὰ μεγάλα, contra vero agrestia Διονύσια τὰ ἐν ἀγροῖς sive τὰ κατ' ἀγροῦς, aut Διονύσια τὰ μικρὰ dicerentur. Atque hac solemnī oppositione locutio illa, εἰς ἄστει — εἰς δὲ Ἀθήναια egregie illustratur. Quum enim agrestia Dionysia ab urbanis discreta et segregata sint, Lenaea quippe urbanis palam opposita ad Dionysia adtinere agrestia oportet. Nimirum formulae istius in breve contractae εἰς ἄστει — εἰς δὲ Ἀθήναια sententia haec est, *Dionysiis vernis, quae urbis Athenarum propria sunt, et vicissim Dionysiis Lenaeis, quae cum pagis agrisque urbi communia sunt.* Quid, quod agrestibus Dionysiis dramata poetarum data esse certissimi auctores prodiderunt: quod maximopere dubitatur, an cadat etiam in Anthesteria. Immo, ut dicamus, quod res est, plane constat, fabulas non aliis diebus festis, quam Dionysiis et urbanis et ruralibus et iis, quae cum maxime quaero, Lenaeis scenae commissas esse. Quodsi primum ruralibus tantum urbanisque Dionysiis fabulae docebantur, deinde oppositio urbici certaminis et lenaici de agrestium tempore Dionysiorum cogitare nos jubet: quisnam, obsecro, verba εἰς δὲ Ἀθήναια ad agrestia revocare Dionysia dubitabit, quae ipsa nihil tempore ac festo a Lenaeis differre universa clamat antiquitas. ³⁵⁾ Sed mittam tantisper alia argu-

³⁵⁾ Inepte objicias Pseudoplutarchi locum, quem infra exponam, ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφ' ἀμύλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικῆσαντα εἰς ἄστει καταλέγεσθαι, ubi Chytri, dies Anthesteriorum, cum urbanis Dionysiis copulantur. Longe aliud est enim, res opponere, aliud, ut hic, juxta ponere. Ceterum alia etiam nota tria festa Dionysiorum discerni solita esse arbitror. Nam quum verna Dionysia sive magna crebro Διονύσια tantum per eminentiam dicta sint, neque simplex adpellatio Διονύσια unquam alio, nisi



menta, quae causam nostram rationemque vehementer stabiliunt et potius ad ea transibo, quae ab adversariis communi paene voci antiquitatis objecta sunt.

Magnum signum veritatis est oppositionum infirmitas, quae hoc quidem in loco pro totidem argumentis meae sententiae rectissime haberi possunt. Namque exsultant plane gaudio adversarii, quod a grammaticis nonnullis Lenaea et festum ruris disertis verbis distinguunt existimant, atque adeo et qui a Ruhnkenio sunt et Boeckhius eodem testimonio satis mire abutuntur. Locus iste grammaticorum primum exstat in Hesychio, *Διονύσια*: *ἐορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς, μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ κλαῖα, μηνὸς Ἀθηναίων· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφροβολίωνος*. Ita scilicet Musurus; longe aliter vero codex apud Schowium, qui praebet, — *Ἀθήνησιν Διονύσῳ* — *τὰ δὲ λήνδιαμηνὸς Ἀθηναίων* — *ἐλαφροβολίωνος*. Hoc est, *τὰ δὲ λήνια μηνὸς Ἀθηναίων*, sicut jam docti certatim emendarunt. Tum vide scholiastas ad Aeschinē Oratorr. Gr. Vol. III p. 729 Reisk. *Διονυσίων ἐορτὴ Ἀθήνησιν ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δ' ἐν ἄστει μηνὸς Ἐλαφροβολίωνος*. Sic vulgatus scholiasta, sed aliter habet scholium istuc in codice Meadiano: *Διονύσια ἐορτὴ Ἀθήνησιν Διονυσίῳ* (sic) *ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Ἀθηναῖα μηνὸς Ἀθηναίων, τὰ δὲ ἐν ἄστει μηνὸς Ἐλαφροβολίωνος*. Jam evolvamur Lexicon Rhetoricum in Bekk. Anecd. p. 235, 6. *Διονύσια*: *ἐορτὴ Ἀθήνησιν Διονύσου. ἤγετο δὲ τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς* (ἀγροῦ cod. ap. Bekkerum) *μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Ἀθηναῖα Γαμηλιώνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφροβολίωνος*. Enimvero tenendum est, codicem non *Γαμηλιώνος* legere quod ei Bekkerus imputat, sed certissime testari *Γαμηλαιώνος* (ΓΑΜΗΛΑΙΩΝΟΣ), quod *ter* ex ipso codice l. l. protulit Ruhnkenius. Denique his omnibus scholiasta accedat Platonis

ad magna Dionysia referatur, ut in Auctario ad Hesychium post alios eximie docuit Ruhnkenius: non est dubitandum, quin Athenienses haec tria festa etiam hoc pacto distinxerint, *Διονύσια*, *Ἀθήναια*, *Ἀνθεστήρια*. Et haec quidem festorum nomina civilia esse dixeris et vulgo usitata, alteram vero adpellationem *Διονύσια* *τα κατ' ἄστει* et *Ἀθήναια* dramatis poetarum solis impertitam esse.



p. 407, 4. Bekker. Διονύσια ἑορτὴ Ἀθήνησι Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ Ἀθηναῖα μηνὸς Μαιμακτηριῶνος, τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος. De variis scripturis post paullo dicetur, si prius de horum scholiorum fontibus disputavero. Et Aeschinis quidem scholiastas Hesychii Lexicon compilasse, ex eo intelligitur, quod proximam Hesychii glossam Διονυσιάδες — ἀγωνιζόμεναι, quae ab illo Aeschinis loco procul abhorret, adjicere non erubuerunt. Memorabile est autem, scholiastam cod. Mead., qui cum nostro Hesychio legit, τὰ δὲ Ἀθηναῖα μηνὸς Ἀθηναίωνος, ne in sequente quidem glossa ab Hesychio, qualis nunc est, discrepare; at contra vulgatum scholiastam, qui verba τὰ δὲ Ἀθηναῖα μ. Ἀθηναίωνος omittit, in proxima etiam glossa s. Διονυσιάδες: ab Hesychio hodierno discedere. Quare schol. cod. Mead. nostrum codicem Hesychii, aut certe fontem nostri sequitur, vulgatus alium codicem Hesychii ejusdem expressit. Jam vero etiam Lexici conditor Rhetorici Hesychii glossas saepenumero recepit: qui tametsi codicem Hesychii Marciano id est nostro haud dubie meliorem versavit, ipse tamen Hesychium suum interpolavit temere, multa resecurit et amputavit inprimisque scriptorum auctoritates, haud pauca etiam suoapte ingenio depravavit, ut mos est interpolatorum. Profecto turpe est, talia, quae lectio ipsa monstrare debet, hodie quemquam nescire, praesertim post luculentam disputationem Ruhnkenii (ad Hesychium T. II. Praefat. p. IV.). Quare etiam Lexicon Rhetor. ab uno Hesychio aptum atque suspensum est. Postremo scholiastam Platonis alias quoque Hesychii glossas suscepisse, exemplis demonstrare possum: sed vel sine exemplis credi nobis rectum est ab iis certe, qui talia non eurarunt neque didicerunt. Quum igitur caeteri omnes grammatici unicum Hesychium compilarint, sequitur, ut Hesychii tantum lectio vetusta fidem habeat antiquitatis, reliquae autem scripturae non plus valere queant, quam prima quaeque grammatici valet interpolatio. Atqui Hesychius sine controversia dixerat, τὰ δὲ Ἀθηναῖα, (μηνὸς) Ἀθηναίωνος: id quod non solum in Hesychio nostro, verum etiam in scholiasta Aeschinis altero reperitur, idemque in Lexici Rhet. interpolatione τὰ δὲ



Ληναῖα Γαμηλαιῶνος translucet, qua ipse se prodidit sores laciniam-
que verbi *Ληναῖωνος* retinuit. Nemo tamen tot tantasque interpola-
tiones forte natas esse interpretabitur, quae scilicet nostram causam
multum videntur adjuvare. Quoniam enim grammatici interpolatores
Lenaeorum ruralisque festi convenientiam pulchre cognoverant: prior
Aeschinis scholiasta voces τὰ δὲ *Ληναῖα*, *Ληναῖωνος* prorsus deletit,
ne cum antecedentibus, τὰ μὲν κατ' ἄγρους, μηνὸς *Ποσειδεῶνος* pugna-
rent; reliqui autem certe operam dederunt, ut Lenaea quam posset
proxime Posideoni adnecterent. Namque post verba τὰ μὲν κατ' ἄγρους
μηνὸς *Ποσειδεῶνος* in Lex. Rhet. haec invenias, τὰ δὲ *Ληναῖα Γαμη-*
λαιῶνος (*Γαμηλιῶνος*), et in Platonico scholiasta, τὰ δὲ *Ληναῖα μηνὸς*
Μαιμακτηριῶνος, nempe quod menses Atheniensium hoc ordine con-
juncti sunt, *Μαιμακτηριῶν*, *Ποσειδεῶν*, *Γαμηλιῶν*. Sed utcunque
denuo de ingenio doctrinaque interpolatorum existimaveris, praestat, ut
opinor, antiquam Hesychii ipsius lectionem τὰ δὲ *Λήναια*, μηνὸς *Λη-*
ναῖωνος, qualis sit, explorare, et illud videre, utrum Hesychius vera
narrasse videatur, an hic quoque, ut alias saepissime, turpiter erraverit.
Ruhnkenius μηνὸς *Ληναῖωνος* ita accipiendum putat, ut Lenaea Anthes-
terione mense acta esse dicantur. Omnino Jonum *Ληναῖος* sive *Λη-*
ναῖων Anthesterioni congruit; at in mediis Atheniensium festis atticus
mensis haud dubie expectatur, atticus vero *Ληναῖων* idem plane est,
qui *Ποσειδεῶν*, ut nugarum plena talis evadat oratio, τὰ μὲν κατ'
ἄγρους, μηνὸς *Ποσειδεῶνος*. τὰ δὲ *Ληναῖα*, μηνὸς *Ληναῖωνος*. Prae-
terea autem cur Anthesteria in glossam istam conferuntur? Quoniam,
inquiunt, omnia hic Dionysia illustrari debent. At praeterquam
quod ab Anthesteriis Dionysia nomine saltem ac verbo sejuncta
sunt, Anthesteria a multis grammaticis omitti videmus, quae jam
ante bellum Peloponnesium mire evilerant. Itaque vel ob hanc
causam Palmerii quoque conjectura, qui in Hesychio legebat, —
Ποσειδεῶνος. τὰ δ' ἀρχαῖα, μηνὸς *Ἀνθεστηριῶνος* non sine ingenti
audacia, falsa est et repudianda. Sed exstitit adeo, qui interpolatione
ista τὰ δὲ *Λήναια Γαμηλαιῶνος* innixus Gamelioni Lenaea adjudicaret,



mox ea, credo, Maemacterioni vindicaturus propter scholiastam Platonis, praeterea autem verba, τὰ δὲ Ἀθήναια μηνὸς Ἀθηναίωνος sic explicaret, *Lenaea autem mense Lenaeone, sive Gamelione.* Scire pervelim, quem nobis Lenaeonem, atticumne an ionicum narraverit; sed citius aquam a pumice licet postulare, quam Gamelionem e Lenaeone alterutro exsculpere. Verum enimvero in hac grammaticorum memoria veri intelligendi facultatem mensis dabit Lenaeon. Quum enim ionicus mensis inter media Atheniensium festa tolerari non possit, restat, ut atticus Lenaeon intelligatur. Athenienses enim quemadmodum Hecatombaeonem antiquissimo tempore propter Κρόνια festum Κρόνιον adpellarunt, sic Posideonem antea a Lenacis Ἀθηναίωνα dixisse reperiuntur. Sed ex eo clare perspicitur, Hesychium, qui tot monstra aut ipse genuit, aut ab aliis accepta propagavit, hic non sine insigni stupore ita scripsisse, τὰ μὲν κατ' ἄγρους, μηνὸς Ποσειδεώνος· τὰ δὲ Ἀθηναῖα, μηνὸς Ἀθηναίωνος; si quidem atticus Lenaeon nomine tantum a Posideone erat diversus. Melius profecto interpolatores, qui hasce ineptias parum illi quidem feliciter, remove tamen omni modo ac tollere studuerint. Quando autem hae nugae Hesychio ipsi relinquendae sunt, hoc unum quaeri potest, quidnam antiquior doctiorque grammaticus, mire ab Hesychio deformatus, praecepisse videatur. Atqui praecedat festum ruris mensisque Posideon, insequuntur Lenaea et mensis Lenaeon; qui quidem Lenaeon ita demum cum justa ratione positus est, si atticus mensis erit, neque a Posideone disjunctus. Quidnam ergo primus grammaticus et integer et omni carens labe aliud potest docuisse, nisi hoc ipsum, Dionysia agrestia etiam Lenaeorum, mensemque Posideonem a Lenacis Lenaeonis nomen antiquitus habuisse? Verba singula in loco jam olim ab Hesychiis corrupto praestare difficile est; neque vero nos de verbis grammaticorum, sed de argumento sententiaque laborare solemus. Possis igitur conicere, τὰ μὲν κατ' ἄγρους ἢ Ἀθήναια, μηνὸς Ποσειδεώνος ἢ Ἀθηναίωνος; alius forsitan scribere malit, τὰ μὲν κατ' ἄγρους μηνὸς Ποσειδεώνος, τοῦ διὰ τὰ Ἀθήναια καὶ μηνὸς Ἀθηναίωνος. Ceterum omnium maxime placet haec correctio, τὰ μὲν κατ' ἄγρους μηνὸς Πο-



σειδεῶνος, τοῦ καὶ Ἀθηναίων μηνὸς ἀπὸ (τῶν) Ἀθηναίων.
 Sententia quidem principis grammatici certa est, et ipsa luce clarior.
 Ac ne id forte nescias, jam ante nos plurimi viri docti sensum hujus
 glossae praeclare adsequuti sunt. Etenim ad Hesychium hae potissimum
 emendationes Criticorum expromuntur, J. Scaligeri (Emendatt. Temp.
 p. 29), τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς μηνὸς Ποσειδεῶνος (τὸ δὲ πάλαι Ἀθηναίων
 νος) —, S. Petiti, τὰ δὲ κλέα (pro τὰ δὲ κλαῖα) etc. *sed nomen fa-*
namque sortitur et accipit a mense Lenaeone, cum quadam suavi
 Graecitate conjicientis, D. Heinsii mendacio Hesychiano repugnantis et
 Scaligero, ut videtur, adsentientis, Stanleji in Adversar. MSS. perbene
 reponentis, — Ποσειδεῶνος, τοῦ ἐνθένδε καλουμένου Ἀθηναίωνος, de-
 nique Kusteri sic corrigentis, — Ποσειδεῶνος, τὰ δὲ καὶ ἐναλεῖτο Ἀθ-
 ναια. Nostra autem memoria Kanngiesserus l. c. p. 321. hunc in mo-
 dum scribi jussit, τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς μηνὸς Ποσειδεῶνος, τὰ Ἀθηναία,
 τ. δ. ἐ. ἄ. E. probante censore ejus G. Hermanno. Qui licet ipsi quo-
 que rem et sententiam recte sine dubio perceperint, falso tamen Le-
 naeonem mensem ex Hesychio sustulerunt, freti altero Aeschini scholia-
 sta, qui verba τὰ δὲ Ἀθηναία μηνὸς Ἀθηναίωνος penitus omisit. At enim
 justa emendatio Hesychii ipsius scriptura, non novitia ejus interpolatione
 apud scholiastas inniti debet; neque crux ista interpretum, mensis Lenaeon
 temere expellendus, sed potius recte atque ordine explicandus est.

At enim, inquiunt, Lenaeum non ruri, sed in ipsa urbe fuit
 Athenis. Quasi dixerit quisquam, Aristophanem Icariae vel Brau-
 rone vel medius fidius in Collytensi pago comoedias suas docuisse.
 Equidem paucis, sed distincte omnem rem aperuisse videor in Quaest.
 Aristoph. T. I. p. 68. *Dionysiis — ruralibus, quae Athenis quoque*
sub Lenaeorum nomine agebantur. Omnino autem nego equidem et
 pernego, urbana Dionysia, Lenaea, Anthesteria denique in urbe tantum-
 modo Athenis, aut rurale festum unice in agris celebratum esse, quae
 vulgaris est hominum doctorum persuasio. Immo vero quum certissimum
 sit, et urbana Bacchanalia et Anthesteria in variis Atticae terrae pagis
 item ex copia rerum concelebrari solita, tum ne illud quidem obscurum



esse potest, nomen festi ruralis (*Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς*) semper pagis agrisque proprium mansisse, rem vero ipsam et alterum nomen Lenaeorum cito cum urbe esse communicatum. Sed qui demorum Atticae hic patrocinium susceperit, neminem unum commemorare licet, praeter Jac. Perizonium fortasse, vel acutissimum virum, quem Niebuhrius suo jure admirari solebat. Perizonius enim ad Aelian. V. H. II, 41. saltem duplices *Χόας* et *Χύτρος*, alios in urbe, alios in agris celebratos eximie distinxit, frustra repugnante I. I. Ruhnkenio. Quam ob causam haec res sic erat comparata. Dionysia in pagis agrisque celebrata dicebantur *Διονύσια τὰ κατ' ἀγρούς*, Athenis ipsis vero *Ἀθηναία* sive *Ἀθηναῖα* nuncupari solebant. Et sicuti antiquissimum Lenaeum i. e. Bacchi Lenaei sacellum ruri erat exstructum, ita ipsis Athenis aliud exstabat Lenaeum, templum Bacchi eique conjunctum paene theatrum, in quo ludi poëtarum spectarentur. Neque enim dubitabant Athenienses in nulla vel perexigua vitium cultura suum quoddam vindemiae festum in urbe obire, quemadmodum hodie cives Lipsiaci, qui agrorum inopia ne possunt quidem opus rusticum facere, messis festum quotannis magnifice adparateque concelebrant. Lenaeum in urbe hi maxime grammatici testantur, Hesychius, *Ἐπὶ Ἀθηναίῳ. ἀγών ἐστὶν ἐν τῷ ἄστει, Ἀθηναίων, περίβολον ἔχων μέγα. καὶ ἐν αὐτῷ Ἀθηναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπιτελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ δέατρον οἰκοδομηθῆναι.* Verum hanc glossam, quae sumpta est ex Aristophane Ach. v. 478. οὐπὶ Ἀθηναίῳ τ' ἀγών, Hesychius, judice Ruhnkenio, ex Theonis vel Didymi Lexico Comico derivavit. Scilicet Ruhnkenius nitebatur Hesychii ad Eulogium epistola init. — οἱ δὲ τὰς κωμικὰς ἰδίᾳ καὶ τὰς τραγικὰς, ὡς Θεῶν καὶ Δίδυμος καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι. Ego vero graecos Comici interpretes ipsos ab Hesychio saepius consultos esse, neque eum e Lexicis istis omnia repetisse, persuasum habeo; de qua re alius mihi erit dicendi locus. Sed in Hesychio scribendum esse, *Ἐπὶ Ἀθηναίῳ ἀγών: ἐστὶν ἐν τῷ ἄστει Ἀθηναίων, περίβολον ἔχων μέγαν, καὶ ἐν αὐτῷ Ἀθηναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπιτελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ δέατρον οἰκοδομηθῆναι.* viderunt J. Meursius, D. Ruhnkenius, A.



Boeckhius, alii. Nisi forte praestat, fere cum Elmslejo ad Acharn. l. 1. ita reponere, Ἐπὶ Ἀθηναίῳ ἀγῶν: ἔστιν ἐν τῷ ἄστει Ἀθηναίων, περίβολος μέγας, ἔχων ἐν αὐτῷ κτλ.. Male Palmerius et Albertus, ἐπὶ Ἀ. ἀγῶν: τόπος ἐστὶν ἐν τῷ ἄστει Ἀθηναίων, περίβολον ἔχων μέγα vel potius μέγαν —. Nihil moramur Kusterum, qui ἐν ἀγροῖς pro ἐν τῷ ἄστει desiderabat. Sententia quidem Hesychii plana atque perspicua est. Idem aliis verbis docent Photius p. 221, 11. Ἀθηναῖον: περίβολος μέγας Ἀθήνησιν: ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἤγον, πρὸ τοῦ τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι, ὀνομάζοντες ἐπὶ Ἀθηναίῳ. ἔστιν δὲ ἐν αὐτῷ καὶ ἱερὸν Διονύσου Ἀθηναίου. atque Etymologus p. 361, 59. Ἐπιληναίῳ (sic); περιβαλός τις (περίβολός τις jam Seldenus aliique) μέγας Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἱερὸν Διονύσου Ἀθηναίου, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἤγον τοὺς σκηνηκούς. Minus plene Suidas, Ἐπὶ Ἀθηναίῳ: περίβολός τις μέγας, ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἤγον τοὺς σκηνηκούς. et Lexicon Rhetor. p. 278, 8. Ἀθηναίων: ἱερὸν Διονύσου, ἐφ' οὗ τοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν πρὸ τοῦ τὸ θέατρον ἀνοικοδομηθῆναι. Ubinam situm fuerit Lenaeum, patet ex Hesychio, Λιμναγενές (Bacchi epitheton, ut bene Ruhnkenius): Λίμναι ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνεμμένος Διονύσῳ, ὅπου τὰ Ἀθήναια ἤγετο. Codex Ἀθήναις [ἄς] — λαία ἤγετο. Atqui in vicinia acropolis locatur a Thucydide II, 15. τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῆ δωδεκάτη ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνδροστηριῶνι —. Confer etiam Isaeum Περὶ τ. Κίρ. κλήρ. 35, 5 B. παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον, unde Harpocraton, Ἐν Λίμναις Διόνυσον (Διόνυσος cod. Mediceus, sed recte ex ipso Harpocrate Ἐν Λίμναις Διονύσιον Suidas in voce): Ἰσαῖος περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. τόπος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις Λίμναι, ἐν ᾧ ὁ τιμώμενος Διόνυσος. Itaque Lenaeum Limnis situm erat haud procul ab acropoli. Incredible memoratu est, quantopere viri docti hocce Athenarum Lenaeo abuti soleant. Nam quum et Lenaea et Anthesteria in eodem templo celebrata sint, Ruhnkenius et caeteri Lenaea inter et Anthesteria nihil omnino differre contendunt, proinde quasi non in uno eodemque templo duo diversa festa eidem deo sacra agi potuerint, ea praesertim festa, quae, ut infra ostendam, magna quadam rei simili-



tudine cohaerebant. Magis etiam illud miramur, quod Lenaeum in ipsa urbe non ruri inventum Scaligero et qui cum eo consentiunt, palam ob- jicitur, quodque hi partim, ut Kanngiesserus et G. Hermannus cedunt impetum facienti frustra que in eo laborant, ut Lenaeum ex urbe in agros transportari possit. At vero nisi vindemiae festum Athenis quoque concelebratum esset, profecto Scaligeri sententia continuo abjici deberet: quandoquidem tragici poëtae et comici Lenaica certamina non ruri, sed in urbe ipsa instituebant. Nam de dramatis aliquando ruri datis infra fortasse disseremus. Ceterum theatri attici historiam nuper explicavi ad Aristoph. Thesmophor. v. 593, locis etiam veterum scriptorum designatis. Etenim, ut Thespidis plaustra omittam, primum populus ludos spectavit de tabulatis (*Ἰνπλοῖς*) in foro positis, quo loco vel Aeschylus fabulas suas partim docuit. Sed quum Ol. 70, 1. Pratina et Aeschylus inter se certantibus tabulata corruissent, illorum loco aedificatum est Lenaeum, justum quoddam, sed certe ligneum theatrum, quod ad acropolin pro- xime a templo Bacchi situm erat. Deinceps primum Athenis e saxo exstructum est theatrum Piraeum, a Thucydide illud et Xenophonte commemoratum, fortassis Olympiade 86; annus enim nescitur. Postre- mo etiam Lenaeum, quum per diu ligneum fuisset, e saxo aedificari coe- ptum est. Coeptum opus, sed argenti inopia aliove casu retardatum Lycurgus rhetor tandem absolvit. Hoc saxeum theatrum quis potissi- mum aut quonam tempore inchoarit, nescitur; nisi quod paucos tantum annos inter initia operis finemque interponere licet: sed Lycurgum illud opus circiter Ol. 109 absolvisse oportet. Quamobrem ab illo inde tem- pore Athenienses duo frequentabant saxeae theatra, Piraeum et Lenai- cum, perfectum a Lycurgo atque perantiqui illius templi, quod in Li- mnis fuit, circuitu inclusum. Restat mira quaedam adversariorum ob- jectio, qui agrestia Dionysia a Lenaeis perspicue distingui confirmant in hac lege apud Demosthenem In Midiam p. 10, 5 Bekker. *Εὐήγορος εἶπεν, ὅταν ἡ πομπὴ ἢ τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγωδοὶ, καὶ ἡ ἐπὶ Ἀθηναίῳ πομπὴ* (plerique Codd. *καὶ ἐπὶ Ἀθη- ναίῳ πομπῇ*) *καὶ οἱ τραγωδοὶ καὶ οἱ κωμῳδοὶ, καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διο-*



γυσίους ἢ πομπή καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ
 τραγωδοὶ, καὶ Θαρρηλίω τῇ πομπῇ καὶ τῷ ἀγῶνι μὴ ἐξεῖναι μήτε
 ἐνεχυράσαι μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἕτερον, μηδὲ τῶν ὑπερημέρων, ἐν
 ταύταις ταῖς ἡμέραις. reliqua enim non attinet describere. Non habe-
 bant olim viri docti, quod de Piraeensibus Dionysiis dicendum esse pu-
 tarent. Tum alii enim tum vero maxime Spanhemius ad Ranas p. 298
 Kust. Anthesteria e Limnis in Piraeum, post erectum ibi theatrum
 translata esse conjecerunt. Quam opinionem satis est verbo tetigisse,
 quandoquidem et per se incredibilis est, neque comoedi tragoedique
 Anthesteriis conveniunt, nec denique Anthesteria ante Lenaea memorari
 ullo modo poterant. Nam quod Anthesteria Euegorus in lege sua omnino
 praeteriit, haec quidem jam tum mire imminuta longoque usu detrita
 erant, ut ea in contemtionem adducta et propemodum abolita esse di-
 ceres. Longe praestantior atque unice vera sententia est Spaldingii in
 Praefat. ad Demosth. Midian. p. XVI., qui Διονύσια ἐν Πειραιεῖ ad
 agrestia retulit, quod et haec in variis demis acta oporteat, et Piraeum
 pagum esse tribus Hippothoontidis constet. At, inquit in eoque mire
 exsultant, in Euegori decreto Piraeensia Dionysia a Lenaeis clarissime
 discernuntur, ut jam nihil inter agreste festum atque Lenaea interesse
 nequeat. Quantum est, veteres scriptores recte interpretari posse. Ne-
 que enim quatuor tempora festa, sed omnino tria hic ab Euegoro al-
 lata sunt. *Primum* nominatur pompa Liberalium Piraeensium eique
 adjuncta ac prope conjuncta Lenaeorum pompa, *tum* sequitur altero loco
 urbanorum pompa Dionysiorum, *denique* Thargeliorum pompa omnium
 extrema commemoratur. Quisquis enim luculenter graece sciverit, fate-
 bitur, unum idemque anni tempus his verbis declarari, ὅταν ἡ πομπή
 ἢ τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ — καὶ ἡ ἐπὶ Ἀθηναίῳ πομπή, quo tempore
 pompa fuerit Baccho in Piraeo — et (quo eodem tempore fuerit)
 pompa in Lenaeo; deinde vero alia duo festa hoc modo indicata esse,
 καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπή — καὶ Θαρρηλίω τῇ πομπῇ
 — et urbanis Dionysiis (quum fuerit) pompa — et Thargeliorum
 pompa —. Finge enim, Piraeensia Liberalia atque Lenaea re ipsa ac



temporibus disjuncta fuisse; tum necessario plane scribere Euegorus debebat, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ πομπή — et *Lenaeorum festo* (quum fuerit) *pompa* — neque vero καὶ ἡ ἐπὶ Ἀθηναίῳ πομπή —, quibus verbis Piraeensium pompa et Lenaica arcte copulantur. Atque illud Reiskio videtur placuisse, qui in adnotationibus conjecit barbare, καὶ τοῖς ἐπὶ Ἀθηναίῳ ἡ πομπή cum est *pompa in Dionysiis ἐπὶ Ἀθηναίῳ* vel ἐπὶ Ἀθηναίων in *Lenaeis*. Ita vero rescribi ne Codices quidem patiuntur, qui quum magno consensu propagent καὶ ἐπὶ Ἀθηναίῳ πομπή, aut reponendum est cum viris doctis καὶ ἡ ἐπὶ Ἀθηναίῳ πομπή, aut, quod eodem redit, καὶ ἐπὶ Ἀθηναίῳ ἡ πομπή —. Praeterea consideremus verba, καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπή, quae ab initio novi membri et in illustri loco collocata non jam coalescunt cum Lenaeis, ut modo Lenaea cum sacris Piraeensium, sed potius priori enuntiatō clare dilucideque opponuntur. Claudicat vero oppositio ista misereque laborat, nisi Lenaea Liberalibus agrorum contribuantur. Nam quum urbici festi atque ruralis justa sit oppositio, aut Lenaea cum rurali festo quam arctissime cohaerebant, aut verba ὅταν ἡ πομπή ἢ τῷ Διονύῳ ἐν Πειραιῇ — proximo loco ante urbica Liberalia poni debebant. At, dixerit quispiam, si Lenaea inter et Piraeensia Dionysia nihil interfuit, cur tandem ambo festa simul nominata sunt? Quasi non ipse Euegorus perspicue ac manifesto addiderit verba, ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις. Quamobrem alio die Posideonis Piraeenses in pago suo torculare festum agebant, quum quidem pompam comoedi prius, quam tragoedi sequerentur, rursus alio die mensis ejusdem, et fortassis jam proximo die, certe quidem paullo post, cives Athenarum in urbe ac Limnis torculare festum sive Lenaea celebrabant, ita quidem ut pompam tragoedi, tragoedos comoedi ordine exciperent. Verissime autem nos Euegori legem interpretatos esse, docet etiam insignis quidam Aeliani locus Var. Hist. II, 13. ὁ δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐπεφοίτα τοῖς θεάτροις, εἴποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγωδίας ποιητῆς ἠγωνίζετο καινοῖς τραγωδοῖς, τότε γε ἀφικνεῖτο. καὶ Πειραιοὶ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐνεὶ κατήει. ἔχαιρε γὰρ τῷ ἀνδρὶ —. Igitur toto



illo capite non solum verissimae res continentur, sed etiam haud pauca insunt mendacia, quorum vanitatem ego primus demonstravi in Qu. Aristoph. T. I. p. 136. 137. Neque tamen inventus est, qui hanc narrationem mediis paene mendaciis interjectam in dubium revocare auderet; quippe quum hic quidem Aelianus re ipsa audientiam sibi fecerit. Ceterum fuerunt, qui Piraeensium Liberalium rudes atque ignari sanissima verba, καὶ Πειραιοῖ δὲ ἀγωνιζομένου — conjecturis vexarent, ut S. Petitus Miscell. l. I. c. 1., cujus vere ridicula est emendatio, καίπερ ἀεὶ pro καὶ Πειραιοῖ, et ipse Valckenarius, qui in Diatrib. Eurip. p. 14, c. conjecit, καὶ ἐπὶ Ἀθηναίῳ δὲ ἀγωνιζομένου — stomachante Ruhnenio. Nuper etiam A. Seidlerus De tempore Antigoniae Sophocleae p. LXXXV. ed. Herm. Aeliani locum tetigit. Vulgaris oppositio, ut supra diximus, haec est, τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις et τοῖς Ἀθηναίοις, quae quidem vel sola declarat, quonam Lenaea referri oporteat. Jam vero Aelianus alia utitur distinctione, καινοῖς τραγωδοῖς, hoc est τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ³⁶⁾ atque Πειραιοῖ, rectissime; nam Piraeensium Liberalia ad

³⁶⁾ De formula τραγωδοῖς καινοῖς doctissime olim exposuit T. Hemsterhusius ad Lucian. Timon. c. 51. Plerumque dictum est Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς, sicut in psephismate apud Demosthenem De Corona p. 84, 12 B. — καὶ ἀναγορευῆσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγωδοῖς καινοῖς — ubi Διονυσίοις abest ab optimo Cod. Parisino ap. Bekkerum et ab aliis libris apud Reiskium. Et in alio psephismate ibid. p. 115, 11. καὶ ἀναγορευῆσαι τὸν στέφανον Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς. Rursus in alio ibid. p. 116, 5. καὶ ἀναγορευῆσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνασίῳ ἀγωνι καὶ Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς. Tum in illa ipsa rogatione, quam Ctesiphon propter Demosthenis honorem tulerat ibid. p. 118, 15. — καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στέφανῳ, καὶ ἀναγορευῆσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς —. Nec non in accusationis formula ibid. p. 54, 6. καὶ ἀναγορευῆσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις, τραγωδοῖς καινοῖς —. Sed primum quaeritur de dativi istius τραγωδοῖς καινοῖς juxta explicatione. Et Scaliger quidem, Kuhnus, Hemsterhusius denique, qui tempus significari ludosque scenicos arbitrantur, quibus fabulas egerint novi actores (tempore, quo novi tragoedi spectantur): etsi in summa re nihil errarunt, tamen sententiam potius, quam rationem grammaticam sequuti sunt.

rurale festum pertinebant. Quid Euegorus? Scilicet is simul et Piraeensium sacra et Lenaea urbanis opponit Dionysiis. Namque ex altera

Nam quum τραγωδοὶ, κωμικοὶ, κήρυκες saepe idem valeant, quod ὁ τῶν τραγωδῶν, κωμικῶν, κηρύκων ἀγῶν, quumque Graeci dixerint, τραγωδοὺς ἀγωνίζεσθαι, τραγωδοῖς νικᾶν pro τραγωδῶν ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι, τραγωδῶν ἀγῶνι νικᾶν: facile adparet, τραγωδοῖς καινοῖς nihil aliud, quam tragoedorum novorum certamine declarare. Et quamvis eadem res aliis atque aliis formulis designari soleat, omnes tamen loci explicationem nostram aut ferunt aut postulant. Nonnunquam solus ponitur dativus τραγωδοῖς i. e. tragicorum actorum certamine, ut ab Aeschine in Ctesiphont. p. 36, 8. τὸν δεδωκότα ἐξουσίαν ποιῆσθαι τὴν ἀνάρρησιν τοῦ στεφάνου τραγωδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ. et ibidem mox p. 45, 5. μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγωδοῖς. Plene aperteque dictum est in Inscriptione Piracensi, quam supra memoravimus, ἀνειπεῖν δ' ἐν τῷ θεάτρῳ τὸν κήρυκα τραγωδῶν τῷ ἀγῶνι —. Est vero etiam, ubi genitivum τραγωδῶν invenias, sicut in Argumento ad Aeschinis Orat. in Ctesiph. 1, 3 B. καὶ ἀναγορευῆσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγωδῶν. Hemsterhusius ex hoc loco affert τραγωδῶν καινῶν, ceterum in Bekkeri editione tantummodo legitur τραγωδῶν; quorum utrumvis probetur, cogitatione ἀγῶνι assumi debet. In primis autem interpretationi meae convenienti formulae, τραγωδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν Aeschin. in Ctesiphont. p. 34, 6., ubi docta lectio est aliorum Codicum, τραγωδῶν γιγνομένων (sine καινῶν), et apud Plutarchum Sympos. p. 710 F. καινῶν ἀγωνιζομένων τραγωδῶν. Jam vero Aeschinis verba in Ctesiph. p. 41, 4. γιγνομένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει τραγωδῶν, haud dubie sic accipienda sunt, quum fieret urbanis Dionysiis tragoedorum certamen. Miramur enim, Hemsterhusium verbo γιγνομένων hic anteponeere ἀγωνιζομένων, quod illa forma dicendi nusquam alibi exstare videatur. At, ne longe abeamus, in illa ipsa oratione p. 154, 3. scriptum est, μελλόντων ὥσπερ νυνὶ τῶν τραγωδῶν γίγνεσθαι. Sed nonnihil ab antiquorum scriptorum usu discedunt Josephus A. J. XIV, 8. fin. ἀνειπεῖν δὲ τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγωδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, hoc est, quum ageretur novorum tragoedorum certamen, atque ignotus scriptor Hypothes. in Orat. de Corona p. 10, 4 B. στεφανοῦσθαι αὐτὸν χρυσέῳ στεφάνῳ ἐν τῷ θεάτρῳ, τραγωδιῶν ἀγομένων καινῶν, quum novae agerentur tragoediae. Multum in his locis frustra tricatur Hemsterhu-



parte haec locat potissimum, ὅταν ἡ πομπὴ ἢ τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγωδοὶ, καὶ ἡ ἐπὶ Δι-

sus, qui primum in Hypothesi ex Josepho corrigit *τραγωδῶν*: quasi referat, utrum certamina tragoedorum, an tragoediae agi dicantur. Postremo utrobique reponi vult, *τραγωδῶν τῶν καινῶν ἀγωνιζομένων* et *τραγωδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν*; proinde quasi rhetor aliquis vel Josephus ex atticorum scriptorum lege metiendi sint. Contra rectissime judicavit Hemsterhusius de permiro loco in libello accusationis ap. Demosth. De Corona 55, 6. ἔτι δὲ μὴ ἀναγορεύειν τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγωδῶν τῇ καινῇ —. Sic vulgo scribitur, verum *τραγωδοῖς τοῖς καινοῖς* legit Cod. Reg. ε, *τραγωδοῖς καινοῖς* schedae Scrimgeri, *τραγωδιῶν καινῶν* Guelf., *τραγωδιῶν καινῇ* Vindobon., *τραγωδῶν* (vel *τραγωδιῶν*) τῇ καινῶν liber Obsopoei, multi denique testantur *τραγωδῶν καινῶν*, ut Reg. α, Aug. primus et quartus, Bekkeri Codd. krs et marg. Ω. Hemsterhusius igitur jure miratur inauditum istud loquendi genus, *τραγωδῶν τῇ καινῇ* reponitque aliorum locorum similitudine ductus vel *τραγωδῶν καινῶν* vel *τραγωδῶν τῶν καινῶν*. Quorum posterius quum in nullo Codice invenire liceat, relinquatur, ut prius, *τραγωδῶν καινῶν* auctoritate nostra comprobemus. Plane enim scriptura *τραγωδῶν τῇ καινῇ* librariis deberi videtur, qui genitivum *τραγωδῶν καινῶν* mirati sint neque eum recte solvere (*τραγωδῶν καινῶν ἀγῶνι*) sciverint. Libenter tamen conjicerem, *Διονυσίοις*, τῇ *τραγωδῶν καινῶν*, videlicet *ἡμέρα*, nisi caeteri loci omnes obstreperent. Verum enimvero si constat, verbo *τραγωδοῖς καινοῖς* *tragoedorum novorum certamine* significari, non idcirco interiorem hujus formulae naturam satis exploratam habemus, quam nusquam scrutatur Hemsterhusius. Is enim dicit tantummodo, Liberalibus urbanis non tantum a poëtis recentes fabulas in scenam dari solitas, quod plane doceri a Schol. ad Nub. 311. (*τοῖς γὰρ Διονυσίοις — ἠγωνίζοντο οἱ κωμικοὶ καὶ οἱ τραγικοὶ ποιηταί, ἀναγορεύοντες τὰ ὑπόγυιον αὐτοῖς πεποιημένα δράματα*), sed etiam actores scenicos sorte ductos suo quemque poëtae adtributos esse, tumque notam istam *Νέμῃσιν ὑποκριτῶν* commemorat. His non multum sane proficitur, nisi quod *τραγωδοῖς καινοῖς* recte ab Hemsterhusio et caeteris ad tragoedias etiam novas, non solum tragoedos referri censeo. Sed quum et festi ipsius nomen *Διονυσίοις* praecedere soleat, et formula nostra *τραγωδοῖς καινοῖς* haud dubie tempus declaretur: consequitur, certum quendam diem Dionysiorum hoc modo




ναίφ πομπή καὶ οἱ τραγωδοὶ καὶ οἱ κωμικοὶ, tumque statim
illis utrisque haec opponit καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἢ πομ-

indicatum esse. Quod paene adsequutus est Hermannus in Praefat. ad Nub.
p. XXIV sq. ed. sec., ubi de hisce formulis breviter, sed prorsus egregie dis-
puserunt. Monuit enim cives bene de republica meritos coronari Διονυσίοις
καὶ τραγωδοῖς καινοῖς juberi, nempe deo potissimum loco etoque tempore, quo
plurimi undique confluiscent; quare et festum deligi hominum frequentia ce-
leberrimum, et festi diem, quo quod et propter Bacchi sacra et ob tragoedias
novas maxima adesset hominum multitudo. Sed unum tantummodo diem Dio-
nysiorum forma τραγωδοῖς καινοῖς denotari, Plutarchus atque Lucianus clare
testantur, ille De exilio p. 603, C. ἢ δ' Ἀκαδημία οἰκητήριον ἦν Πλάτω-
ρος καὶ Ξενοκράτους, καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ κα-
ταβάλλοντων τὸν ἅπαντα χρόνον, πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ἣ Ἐξουράτης
καθ' ἑνιαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατήει Διονυσίων καινοῖς τραγωδοῖς, ἐπι-
ποιοῦσάντων, ὡς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν. Et Hermannus quidem ex his aut col-
ligit, novas tragoedias uno tantum die actas videri, aut fieri posse dicit, ut plu-
ribus diebus actae sint; Xenocrates autem unum modo diem philosophiae stu-
dia intermiserit. Ceterum vana nobis videtur altera opinatio, si quidem Plu-
tarchus μίαν ἡμέραν mox uberius describit verbis Διονυσίων καινοῖς τρα-
γωδοῖς, ut plus uno die ne cogitari quidem posse videatur. Alter locus Lu-
ciani est in Timone c. 51., quem Hemsterhusius ad alias curas, ut saepe, ab-
reptus emendare omisit. Ibi Demeas rhetor, turpis adulator, decretum proponit
de honore Timonis, illis ipsis decretis, quae apud Demosthenem exstant, consi-
mille, sed adactum etiam varieque cumulatum. Καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν,
καὶ χρυσοῖς στεφάνοις ἐπτά, καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους
σήμερον Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς. ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τή-
μερον τὰ Διονύσια. Hemsterhusius quum ἐπτά post στεφάνοις verbum
adulatori inepte transposuit, emendatione non praeclarissima, ut Leh-
mannus ait, sed omnium vanissima, tum in caeteris nescio quo modo acquievit.
At Lucianus neque brevi intervallo τήμερον temere repetivisse potest, neque
vero nunc σήμερον nunc τήμερον posuisse (constanter enim hic scriptor dicit
τήμερον, Σάλαττα et sic porro); nec profecto nescivit, Dionysia quatrimum,
non unum modo diem explevisse. Immo vero certum habemus, τήμερον pri-
mum pro varia lectione margini ad σήμερον adscriptum, deinceps autem in
textu loco alieno insertum esse. Quocirca σήμερον in τήμερον mutari debet



πῆ — Vides, urbana Dionysia modo Lenaeis, modo sacris Piraeensium id est rurali festo, modo utrisque contraria ponitur. Quodsi caetero-

et paullo post *τῆμερον* expungi, *καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους τῆ-
-αῖς τῆμερον Διονυσίοις τραγωδοῖς καινοῖς*. ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τὰ
-αῖς Διονύσια. Praeterea e Luciano elucet, primum statim Dionysiorum diem eum
-aῖς fuisse, qui per formulam *τραγωδοῖς καινοῖς* indicaretur; nam eo ipso die,
-aῖς quo Dionysia initium capiunt, renuntiari coronas facit. Scilicet adulator, etsi
-aῖς omnia ultra modum fidemque aucta exornat, vel sic tamen morem atticum satis
-aῖς diligenter observare studet. Neque vero huic sententiae, secundum quam *τρα-
-αῖς γωδοῖς καινοῖς* pro primò die festo accipitur, lex Euegorii repugnat, quam
-aῖς supra diximus, *καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες καὶ
-αῖς ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμωδοὶ καὶ οἱ τραγωδοὶ*. — Neque enim propterea co-
-aῖς moedi ante tragoedos commemorantur, quod comoediae Dionysiis prius, quam
-aῖς tragoediae datae fuerint, sed potius hanc ob causam, quod verba *καὶ ὁ κῶ-
-αῖς μος καὶ οἱ κωμωδοὶ* origine et natura sua arcte cohaerent. Attamen vel
-aῖς sic magna quaedam difficultas in vocē *τραγωδοῖς καινοῖς* residet. Quaeritur
-aῖς enim, quid maxime huic formulae oppositum esse videatur. Et de Lenaeis
-aῖς quidem, quae alias plerumque in didascaliam Dionysiis opponuntur (*εἰς ἄστν —
-αῖς εἰς Ἀθήνας*), hic omnino cogitari non potest, idcirco quod Lenaeis non minus,
-aῖς quam Dionysiis novae fabulae saepe editae sunt, ut Acharnenses, Equites,
-aῖς Vespae, Ranae. Sed hunc quidem nodum I. L. Hermannus praeclare dissolvit.
-aῖς Hic enim vidit, *τραγωδοῖς καινοῖς*, qui unus dies fuit Dionysiorum, Dionysiis
-aῖς ipsis opponi. Etenim decretorum verba *τραγωδοῖς καινοῖς* ab Aeschine in
-aῖς Ctesiphontem sic mutari solent, ut eis nunc simpliciter *τραγωδοῖς*, nunc *γι-
-αῖς γνομένων τῶν ἐν ἄστει τραγωδῶν*, nunc *μελλόντων τῶν τραγωδῶν*
-aῖς *γίνεσθαι*, nunc *μελλόντων τραγωδῶν εἰδέναι* substituat. Ex quo sequi
-aῖς Hermannus existimat, ab novis tragoediis factum esse initium; quae ratio certa
-aῖς est et prorsus recte conclusa. Etenim coronarum renuntiatio modo novorum
-aῖς tragoedorum diei, modo ei tempori attribuitur, quo tragoedi omnino in scenam
-aῖς progressuri sint. Nempe plures per dies eosque continuos fabulae agebantur;
-aῖς quemadmodum Polus, nobilis tragoedus, quum senex esset, quatuor diebus octo
-aῖς regisse fabulas dicitur a Plutarcho An Seni Gerend. Resp. p. 785, b. Itaque
-aῖς primo die Dionysiorum novae tragoediae docebantur; proximis vero diebus
-aῖς etiam vetera dramata in scenam commissa esse, et res ipsa monstrat, et primi
-aῖς nomen diei *καινοῖς τραγωδοῖς* clare ostendit, ut verissime iudicat Herman-



quā de Lenaeis omnis taceret antiquitas, tamen ex hoc uno argumento nexus Lenaeorum ruralisque festi plurimis modis certo intelligi posset. Primum enim urbanis Dionysiis Lenaea non minus, quam agrorum Liberalia ex adverso ponuntur; necesse est autem, quae ambo alteri recte opponi queant, ea inter se ipsa cohaerere. Deinde Euegorus neque Piraeensium sacra cum Lenaeis jungere, neque vero his utrisque sacris urbana Dionysia adversa fronte opponere posset, nisi prima duo festa arctissimo vinculo copulata essent. Contra vero si Lenaea tempore et ipsa re cum festo agrorum cohaerebant, plana jam omnia sunt et ad cujusvis intellectum aperta. Tunc enim et hae oppositiones *Διονύσια τὰ κατ' ἀγροῦς* sive *Λήναια* ac *τὰ ἐν ἄστει Διονύσια* vitio carent, et recte consociata sunt *Διονύσια τὰ ἐν Πειραιεῖ* atque *τὰ Λήναια*, et verissime inter se opponuntur non solum *Διονύσια τὰ ἐν Πειραιεῖ* atque *τὰ ἐν ἄστει Διονύσια* apud Aelianum, verum etiam in lege Euegori et *Διονύσια τὰ ἐν Πειραιεῖ* et *Λήναια* atque contra *τὰ ἐν ἄστει Διονύσια*. Ceterum facile adparet, ruralia Liberalia Piraeenses longe majore adparatu, quam caeteros terrae Atticae pagos celebrasse. Neque enim solum pompa in Bacchi honorem ducebatur, verum etiam comoediae tum tragodiaeque quotannis edebantur. Habebant autem Piraeenses theatrum e lapide exstructum saneque magnificentum, in quo vel ipse Euripides, clarissimus poëta, ut est apud Aelianum, fabulas docere solebat. Theatri Piraeensis mentio fit etiam in egregia et perfacili Inscriptione, quam post alios nuper edidit Boeckhius Corp. Inscr. Graec. Vol. I. Fasc. I. p. 139. — εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ προεδρίαν ἐν τῷ θεάτρῳ ὅταν ποιῶσι Πειραιεῖς τὰ Διονύσια, οὗ καὶ αὐτοῖς Πειραιεῦσι κατανέμεται, καὶ εἰσαγέτω αὐτὸν ὁ δήμαρχος εἰς τὸ θεάτρον, καθάπερ τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς ἄλλους, οἷς δέδοται ἢ προεδρία παρὰ Πειραιέων —. et mox ibidem, ἀνειπεῖν δ' ἐν τῷ θεάτρῳ τὸν κήρυκα τραγῳδῶν τῷ ἀγῶνι,

mus. Nunc ad Aeliani locum, unde huc digressa est oratio, revertar. Is vero non aliam ob causam memorabilis est, quam quod nomine *Διονυσίοις* omisso vocabula *καινοῖς τραγῳδοῖς* per se sola primum diem Dionysiorum declarant.



ὅτι στεφανοῦδι Πείραιεῖς Καλλιδάμαντα κτλ. Ceterum alia mihi argu-
 menta eaque bene multa in promptu sunt, quibus Scaligeri ratio senten-
 tiaque eximie defendi videatur; sed (fatebor enim ingenue) piget pudet-
 que verbum adjicere. Nos vero Lenaea, festum torcularium, a rurali-
 bus Dionysiis, vindemiæ festo, avelli debere tum denique concedemus,
 quum a lucifugo tenebrione decretum fuerit, interdiu non lucere.

(Continuabitur.)


Corrigendum.

Pag. 10 linea ultima scribe: ad Chariton. p. 309 (non, p. 300).

Geprüft
Kein Beurteilungen
Klassieren
zur Aufnahme der Bücher
7. Dez. 1946
Ort, Datum
Unterschrift

2. April 1959

12. Dez. 1962






ὅτι στεφανοῦ
menta eaque
tiaque eximie
que verbūm ad
bus Dionysiis,
quum a lucifugo

Καλλιδάμαντα κτλ. Ceterum alia mihi argu-
n promptu sunt, quibus Scaligeri ratio senten-
atur; sed (fatebor enim ingenue) piget pudet-
vero Lenaea, festum torcularium, a rurali-
esto, avelli debere tum denique concedemus,
decretum fuerit, interdiu non lucere.

(Continuabitur.)



Pag. 10 linea

Chariton. p. 309 (non, p. 300).